

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА



Mei Caroli Stephanoni Notarij

~~...~~

...  
ad agnoscendo <sup>cu</sup> registri di paleriana

1672. ad ii 8<sup>ve</sup> senega data a Pietro Giorgio Lenti malvata  
di Piero ma Pofea Alinaro formeto untato, mittura scava  
re

75. 112. 74.

1696 ad di 29. marzo giorno di dom. in albi  
Si e rinouata la Compagnia della B. <sup>ma</sup> imasata conca-  
zione della B. V. M. in S. Paolo con sonituoso  
aparatto e festa per tutta lottava ne qual  
tempo se creta la statua di M. V. quale fu  
portata processionalmente per la terra  
e la d. statua fu levata da S. Stefano e  
portata in S. Paolo con sonituoso  
e processione e gran concorso di popolo


# CONSTITVTIONES DOMINII MEDIOLANENSIS:

QVIBVS PRAETER ORDINES, SEV DECRETA,  
ET CONSTITVTIONVM DECLARATIONES,  
AB EXCELLENTISS. SENATV AEDITA,  
ET HACTENVS NON EXCVSA ACCESSERVNT,

Ordines Vnormariae, Indultum Leonis Decimis,  
Ordines Segouiae, Index reformatus.

Et alia, quorum omnium summa post primam Ordinum paginam, comonstratur.

EDITIO TERTIA,  
Apprimè castigata.  
CVM PRIVILEGIO.



NOVARIAE APVD FRANCISCVM  
SESALLVM. M. D. LXXVII.



V.  
1704. ad 18. Curia  
Verelli ad iura da Fran-  
cesco paguelli?

155  
335



EXCELLENTISS. AC ILLUSTRISS.  
D. IO. BAPTISTÆ RAINOLDO PRÆSIDI  
CAETERIS Q. SENATORIBVS  
MEDIOLANENSIBVS.

FRANCISCVS SESALLVS S. D.

62  
14  
22  
1/6



V M superioribus annis, constitutiones hu-  
ius Prouincia typis meis bis madaassem, ad  
iectis nonnullis Excell. vestri SENATVS  
qui Constitutionum vim obtinet, Ordinibus  
vidissemq. eam operam ab Excell. vestro  
confessu, non improbatam, forensi negotio non contemne-  
dam utilitatem, & lucem attulisse, mihi ipsi valde  
gaussum, quod in publico opere, idrarum euentu mi-  
hi obtigerit, ut neque mihi, neque alys industria mea  
pœnitendi ansa conigerit. Itaque, ex eo felici successu  
audacior factus, tertio in hominum lucem easdem Con-  
stitutiones edendas curavi, multis alijs Excell. vestri  
SENATVS Ordinibus, & ad eam Ditionem spectan-  
tibus priuilegijs adauctas, adeo ut de mea industria  
sic sperem, ab Excellentiss. vestro confessu nempe non  
sperendam laudem me relaturum, ut hi mei tenues  
conatus, sub vestri amplissimi nominis claritate appa-  
reret, mihi valde operepretium visum est, tum ut mei  
in vos animi propensionem ostenderem, tum etiã ut uestre  
auctoritatis fulgenti numine, in eo, veluti nido foueantur,

J ij

1667. alla Colina per mia parte dom. ho' hauri bozi 62  
Duna nera, et bozi i 4 una bianca  
D. anno 1667. la Carbeta bozi 22. per parte dom.

1668. Die lune 12. Marti hora sexta mibi remense de  
Martis macti et est vna de Monio Marganta  
filia mea

1668. per mia parte dom. alla Colina ho' hauri una  
nera bozi 62. et bianca bozi 19. per parte  
Allo Carbeta vna per parte dom. bozi 16.

1669. alla Colina per parte dom. vna nera bozi 44  
branca bozi 10 alla Carbeta bozi 21.

1670. alla Carbeta una nera bozi 25  
Colina bozi 43. bianco 13. per parte

1671. alla Colina una nera, et rossa  
bozi 35  
Allo Carbeta bozi 31

Il molto del fermento dell'anno 1695 fu tanto scorto, general-  
mente che ualse prezzo comune 42. il sacco e puoi  
ueru il vacotto dell'anno 1696 uale 50. e 60. il sacco  
e trouato d. in Battig. e nelle altre benne ueru il  
marcheato ad eland uino un prezzo infinito. ma  
in nostra cosa; Dio gratia non il fermento non e  
manca. L'anno 1696. puoi ha abundantissimo. ma per  
l'altoro e pomei non valenza il fatto fu diperto ca-  
giato tutto il paese



à quopridem egressa, magno semper & Principi, & toti  
Rei publica commodo, & ornamento fuere. Vestra igitur  
vetuste humanitatis est, Patres amplissimi, partum  
hunc vestrum agnoscere, in fidemq. vestram recipere,  
meq. qui in eo exornando plurimum laboris, & industria  
contuli, si res ex sententia non cesserit, saltim in eorum  
numero, & loco collocare, qui vestrum quemque maxi-  
mè colunt, & observant. Valete. *Noitaria quartenona  
Sextilis. M. D. LXXVII.*



**NOMINA ILLVST. REVEREN.  
ET MAGN. SENATORVM  
QVI INTERFERVNT COMPILATIONI  
CONSTITVTIONVM.**

IACOBVS Philippus Saccus, Praeses.  
Franciscus Taberna, Supremus Cancellarius.  
Ioannes Angelus Arcimboldus, Episcopus Noariae,  
Galez Petra, Episcopus Vigleuani.  
Hermes Stampa, Prothonotarius Apostolicus.  
Philippus Castillioneus, Prothonotarius Apostolicus,  
Franciscus Lampugnans.  
Ludouicus Porrus.  
Egidius Bofsus.  
Marcus Barbauaria.  
Franciscus Crassus.  
Franciscus Sfondratus.  
Alexander Amannius.  
Iulius Viustus.  
Ioannes Baptista Specianus Capitaneus Iustitiae.  
Ioannes Massonerius de Brinonia.  
Petrus Paulus Arrigonus.  
Franciscus Casatus, Prothonotarius Apostolicus.

**GABRIELIS PHAERNI  
CARMEN.**

Insubrum decreta Ducum, legesque vetustae,  
Vastum incomposita mole volumen erat,  
Congeriem informem, confusaque iura Senatus  
Digesit, certis disposuitque locis,  
Inque nouam legum faciem, corpusque rededit,  
Fusaque in exiguum membra coegit opus.  
Has igitur quisquis veterum farragine legum,  
Atque indigesta mole grauatus erat,  
Perlegat, vtatur: sunt hæ breuitate minores,  
Ordine maiores, vtilitate pares.



**NOMINA EXCELL. ILLVST. REVER.  
ET MAGN. SENATORVM, QUI NVNC  
IN HVMANIS AGVNT.**

EXCELLENTISS. ac multum Ill. D. Io. Baptista Rainoldus,  
Mediolanen. Præses.

**P R A E L A T I.**

Reuerendiss. D. Cæsar Co. à Gambara. Brixien. Episc. Derthonen.  
Reuerendiss. D. Nicolaus Co. Sfodratus Cremonë. Episc. Cremonë.  
Reuerendiss. D. Episc. Vigleuan. cuius locus nunc vacat.  
Reuerendiss. D. Antonellus Arcimboldus Mediolanen. Protho-  
notarius Apost. Vibold. ac Carsenz. Comend.  
Reuerendiss. D. Antonius Vulp. Episc. Comi.

**E Q V I T E S.**

Ill. D. Dionysius Brippius Mediolanen.  
Ill. D. Comes sfortia Moronus Mediolanensis.  
Ill. D. Comes Ioannes Anguissola Placentinus.  
Ill. D. Comes Iulius Cæsar Attëd. Bologninus Mediolanensis.  
Ill. D. Comes Georgius Triultius.  
Ill. D. Petrus Antonius Lunatus Mediol. Eques Callatrauen.  
Ill. D. Gabriel Serbellonus Mediolanen. Eques Hierosolymitan.  
Ill. D. Ludouicus Guascus  
Ill. D. Comes Ludouicus Gallaratus.

**D O C T O R E S.**

Ill. D. Danesius Filiodonus Regens apud Cath. Maest.  
Ill. D. Ludouicus Mazenta Mediolanen.  
Ill. D. Scipio Simoneta Mediolanen.  
Ill. D. Hieronimus Montius Mediolanen.  
Ill. D. Camillus Castillioneus Mediolanen.  
Ill. D. Sigismondus Picenardus Cremonensis.  
Ill. D. Io. Thomas Odescalchus Nouocomensis.  
Ill. D. Camillus Porrus Mediolanen. Præses Ill. Mag. extraord.  
Ill. D. Antonius Londonius Ill. Mag. Ord. Præses.  
Ill. D. Don Alonfus Manrichus Hispanus.  
Ill. D. Ferdinandus Hortitius Hispanus.  
Ill. D. Franciscus Rinconus Hispanus.  
Ill. D. Aloysius Bellonus Alexandrinus.  
Ill. D. Galeatius Brugorà Mediolanensis.  
Ill. D. Franciscus Maria Gambarana.  
Ill. D. Camillus Cattaneus Vaianus Mediolanen.

**DE ORIGINE IVRIS MEDIOLANEN'  
LIBELLVS FRANCISCI CRASSI, IN  
VTROQVE IVRE LICENTIATI, CIVIS MEDIOLANEN.**

Ad Illustriss. & Excell. Princ. Alphonsum Daualù March. Vasti,  
Montis Herculei Ducem, Cæs. Maieft. in Italia Capit.  
Generalem, & in Statu Mediolani Locumtenentem, &c.



**M**EDIOLANI Ciuitas, Illustriss. & Excellentiss. Princeps, non tantum Insubriae, sed totius Italiae antiquissima perhibetur. Hanc iure scripto primum uixisse accepimus, cum Langobardi Reges ei imperaret (quorum leges adhuc in multorum manibus extant) sed publice in de suetudinem abierunt, nec ante Iustiniani Cæs. leges apud nos receptae, occupantibus non solum Insubriam, sed ferè totam Italiam Gothis, qui à Belisario primum, demum à Narsete Eunucho, auxiliariis Langobardis ad internitionem deleti fuerunt, intercessere postmodum Narsetis infelix reuocatio, Iustiniani mors, & repentinus Langobardorum in Italiam aduentus, Insubriaeque occupatio, ita ut nullus locus fuerit apud nos introducendis Iustiniani legibus, tamdiuque Langobardicis uiximus institutis, quamdiu eorum durauit imperium, annis ferè ducentis supra septem: genteque illa à Carolo Megno, Desiderio eorum Rege capto, occisione occisa, leges haec per tempora, quibus Caroli uni post alios descendentes, Italiae imperium tenuerunt, ferè euanuerant, primus ex Caroli successoribus Lotharius Imperator August. leges aliquas nobis dedit, quae adhuc uigent, & pseudales causas respiciunt. At eorum progenie in Italia extincta, Berengarijs Italiam occupare conantibus, Imperio Romano ad Germanos translato, nulla ulterior lex à nobis recepta, quam à Federico cognomento Aenobarbo imperatore, ante infelicem nostrae Ciuitatis euerstonem, eodem Cesare auctore, factam. Restituta demum, opibus & auxilio nonnullarum Ciuitatum Italiae nobis nostra Ciuitate, ubi à continuis bellis respirare licuit, non tantum intenti fuerunt maiores nostri Ciuitati reedificanda, quam legibus condendis, etiam ex ipsius Federici Caesaris placito, antequam in Asiam, ubi obiit, proficisceretur, non tam aliae leges tunc conditae, quam, quod consuetudines pseudorum in unum uolumen à Mediolanensibus Iureconsultis redactae  
Pheu.



DE ORIGINE

Pheuda enim principium apud nos à Langobardis Regibus habuerunt, sed ma-  
 ius incrementū ex munificentia et liberalitate successorum Caroli Magni, qui  
 ferè omnia, in Italia, sub diuersis titulis, Ducatus, Comitatus, & alijs nomi-  
 bus in pheudum concesserunt. Vindicata demum post pacem Constantiæ certis  
 conditionibus à Cesare libertate, modò Consul, modo Capitaneorum Popu-  
 li ex nostratibus, demum prætorem anno, uel semestri imperio paruimus, Edi-  
 ctāq; eorum multos annos obseruauimus pro legibus, usq; ad Turrianorum tem-  
 pora, quibus Ciuitas nostra cœpta est factionibus agitari, hinc Turrianis, illinc  
 Vicecomitibus [ciuibus nostris] Imperium affectantibus, præualuere Turriani,  
 expulso Matheo Magno Vicecomite, usq; ad Hērici Lucelburgēsis Augusti tē-  
 pora, & tunc primum Mediolani leges municipales conditæ. Eiectis demum  
 Turrianis Vicecomitum astu, & Henrici potentia, paulatim Matheus, & suc-  
 cesiue filij administrationem Ciuitatis occuparunt, modò contenti Capitanei  
 Populi titulo, modò à Cesare Vicariatus dignitate insigniti sūt, id primi exer-  
 cuerunt Mathei filij, qui decretis condendis principium dederunt, & hæc sunt  
 quæ censuram iudicum, & officialium respiciunt. Ioannes dehinc Archiepisco-  
 pus cum Luchino Fratere plerāq; condidit, ad onera diuidēda et ferenda facien-  
 tia, nonnullisq; alijs per Galeacium, & Bernabonem fratres Vicecomites circa  
 uenationes, et onera decretis cōditis: ubi Bernabone capto, et dignitate priua-  
 to, res est deuoluta ad unum Io. Galeacium generum & fratris filium, qui non  
 cōtentus Vicario titulo, Ducis nomine Excellentia à Vincislao Imperatore in-  
 signiri uoluit: is Siluā decretorum proposuit, præsertim contra libertatem Ec-  
 clesiasticam, plusquā ducentum, huius etiam sunt quæ ad Præfectos Annone,  
 & salis pertinent, & quæ ad ciuiles causas instruendas, & decidendas respi-  
 ciunt. Eo primo Duce defuncto pleriq; populares motus emersere, ut intra pau-  
 cos annos Io. Maria filio coniuratione nonnullorum ciuium nostrorum interfe-  
 cto, Philippus frater ubi paternum recuperauit imperium, patrem in condendis  
 decretis superauit, ut difficilē sit credere, occupatum continuis bellis Principē  
 tātā molem legum condidisse, hæc sunt quæ ad confiscationis bonorum onera  
 redditus ordinarios, & extraordinarios, ac causas fiscales pertinent, plerāq;  
 tyrannica, & quæ tempore bonorum Principū recepta non fuerunt. Philippo  
 defuncto, sublata nostra libertate, Franciscus Sfortia primus Mediolanensē ob-  
 tinuit Imperium, admiratus is Princeps tam immensam decretorum cōgeriē, cō-  
 gitauit quæ tyrannica erant tollere, & quæ bona recipere, ac iusta & equa  
 sancire, itaq; adhibitis celeberrimis, ne dum Insubriæ, sed totius Italiæ Iurecō-  
 sultis, qui tunc in Ticinensi Academia florebant, uinco edicto omnia decreta su-  
 spendit, [quod adhuc extat] uerū immensi suscepti oneris molem cōtēplatus  
 ab incepto destitit, paucisq; decretis Philippi soceri antiquatis, reliqua seruā-  
 da permisit, huius etiam sunt quæ taxas equorum, & tutelas & curas concera-  
 nunt. Franciscus sucesit Galeaz Sfortia primogenitus, qui imitatus patrem,

pauca

IVRIS MEDIOL.

pauca decreta condidit. Eoq; cōspiratione trium nostrorum ciuium occiso, Lu-  
 douicus frater modò curator Io. Galeacij Ducis, fratris filij, modò, eo ab hu-  
 manis sublato, Ducatus dignitate à Maximiliano Cesare insignitus, plerāq;  
 quæ primus Dux fecerat in melius reformauit, unicoq; edicto, ut Alexandro  
 Pont. Max. satisfaceret, omnia quæ contra ecclesiasticam libertatem erant re-  
 uocauit, diuersaq; statuit, ad causas fiscales et pheudales pertinētia, plurimūq;  
 fisco suo fauit, ut nihil accuratius, nec intentius faceret: sed Ludouico à Chri-  
 stianissimo eiusdem nominis Gallorum Rege capto, fluctuauit per multos an-  
 nos Mediolanense imperiū, modò Gallis obtinētibus, modò Maximiliano Sfor-  
 tia Ludouici primogenito per tres annos, aut paulò plus, nobis imperante. Et  
 dehinc Christianis. Franciscus Francorum Rege præualente, donec auspicijs sa-  
 cratis. Caroli Quinti Imperatoris Augusti Domini nostri, Franciscus Sfortia  
 secundus, Ludouici filius, à Cesare de Ducatu inuestitus, rerum potitus est: is  
 Princeps pressus anniuersarijs armis, et quandoq; extra Cesaris gratiam exi-  
 stens, animum ad ciuium excolendam politiam ponere non potuit, donec à cle-  
 mentis. Cesare in gratiam et Dominium Mediolani restitutus, pacato ferè toto  
 Christiano orbe, per Bononiense fœdus: quo factò Magistratus instituit, et ex  
 omnibus ordinibus unumquemq; optimum in Senatu elegit, nihilq; attentius fe-  
 cit, quàm ut Magistratus bene se gererent, et iustitiæ suas integras partes da-  
 rent: congeriemq; decretorū illorum temporū damnans, statuit superflua reseca-  
 re, & cætera repurgata in unum uolumen redigere. itaq; id munus iniunxit Ill.  
 Equiti et Claris. Iureconsulto Iacobo Philippo Sacco Senatus Præsidi, qui ex  
 Senatu duos iuris scientia, rerumq; experientia insignes, Franciscum Lāpugna-  
 num, & Aegidium Bossium Mediolanenses ciues huic operi perficiendo, unā cū  
 alijs, de quibus prima cōstitutio loquitur, perfecit: Et si multi electi ad id opus  
 fuerint tamen, ut ingenuè ueritatem fatear, huius rei pōdus, et æstus super eorū  
 humeros resedit, testis ego horum sum locuplex, cui Senatus principalem  
 curam conquirendorum decretorum, et Compilandarum Constitutionum dede-  
 rat, me omnia primū ad hos duos Senatores detulisse, et eorum opera, studio,  
 & scientia castigata et concinnata: demū à toto Senatu, me referente, per poli-  
 ta, & consumata fuisse, Cæterū huic egregio corpori caput imponi non potuit,  
 ob mortem ipsius Ducis. Non tamen eo dseūcto, & Regno Mediolani ad Casa-  
 rem deuoluto, destitum est ab opere, ex ipsius Cesaris decreto, cōquisitis nedum  
 per nostras ciuitates his decretis, sed etiā per alias quæ huic imperio olim pa-  
 rebant, maximo meo labore et impendio, ita ut multa millia decretorum sparsa,  
 in unum uolumen redacta sint, superfluis resecatis, et his, quæ intra leges recipi  
 non debebant, reiectis, hoc uolumen sub nouo nomine Constitutionum, superio-  
 riam biennio oblatum Cesareæ Maestati, & per eam approbatum, iussu tuo  
 Illustris. Princeps publicatum, usu receptum est, uerū ob festinum Cesaris re-  
 cessum ad Africanam expeditionem, tam accelerata fuit editio, ut non potue-

A rim



DE ORIG. I. MED.

rim errores, qui uitio impressoris inerant corrigere, & causas reddere, quibus ad hoc opus necessario, et ex utilitate publica deuetū fuerit, itaq; cū per ocia licuit, id in presens feci, et indicem addidi, et pleraq; alia, quae omnia tuis auspitijs nunc in lucem ueniunt. Datum est hoc foelicitati tuorum temporum magnanime Princeps, ut quod tot Duces attentarunt, tuo tempore perfectum, editum, & impressum sit, nec id minus foelicitati tuae ascribendum censeo, quam quod ultra alia per te praecclare gesta, Niceam urbem, fortissimum Italiae propugnaculum, à Turcis hoc anno captam, occupato ab Ariadeno ingenti classe nostro mari, Turcarum Imperatore, cum innumero exercitu Pannoniam inferiorem occupante, & iam superiori imminente, nec quietis in Germania rebus ferocissimo Gallorum Rege, potentissimo exercitu Galliam Belgicam infestante, firmissimisq; praesidijs Taurinos contra nos tenete, in omnium rerum penuria, coacto exercitu, per difficilia itinera, ad solam tui nominis, et tui aductus famam recuperasti, ultraq; Varum flumen hostes fugere coegisti, Oranq; maritimam Italiae liberaueris, et eodem quoq; tempore paucis diebus Montē Regalem ciuitatem nobilissimam firmissimo praesidio à Gallis munitam, cum uniuersa eius regione ad deditionem compuleris, magna sunt foelicitatis signa, sed non minora sunt, quod tuis auspitijs dum pro Caesare Italiam armis tuoris, Insubria prouincia inter primas Italiae, legum moruq; reformationem receperit, quod per tot secula tot Principes, et bello et pace insignes, desiderauerunt, nec assequi potuerunt. Est Deus Opt. Max. qui te protegit religiosissime Princeps, qui opera tua in uias rectas dirigit, benefacis, pie facis, & Christianum agis, omnia ad Deum refferens, is à tenera usq; aetate, multa tibi pollicitus, multa dedit, maioraq; dabit, ut spero, et eam, quam semper tuae Excell. et tuis opto foelicitatem, ac bonam & prosperam ualeitudinem.

IN

INDEX  
TITVLORVM CONSTITVTIONVM  
DOMINII MEDIOLANI.  
LIBER PRIMVS.



De Constitutionibus.	fol. 1
De Iudæis.	2
De rescriptis, & mandatis Principum.	2
De Senatoribus.	3
De officio Quaestorum ordinariorū reddituū.	6
De officio Quaestorū extraordinar. reddituū.	11
De officio Thesaurarij generalis.	21
De Praefectis Annonæ.	22
De officio Collateralis generalis.	31
De officio Praefectorum Sanitatis.	32
De officio Vicariorum generalium.	33
De officio Capitanei iustitiæ.	35
De officio Commissarij taxarum generalis.	36
De officio Iudicis dationum.	37
De officio Referendariorum Ciuitatum.	37
De officio Exequutorum Fisci.	39
De officio Rationatorum Fisci.	40
De officio Iudicis monetæ, & ad monetam pertinentibus.	41
De officio Aduocatorum, & Sindicorum Fiscalium.	43
De officio, & iurisdictione diuersorum Iudicum.	45
De Aduocatis miserabilium personarum.	47

LIBER SECVNDVS

De tutelis, & curis.	fol. 48
De Iudicijs.	50
De Arbitris, & Arbitratoribus.	57
De foro competenti.	58
De Ferijs.	59
De probationibus.	59
De Sportulis.	61
De Appellationibus.	62
De bonis ad cridas ponendis.	64
De bonis insolutum dandis.	75
De Prohibitis, & concessis executionibus.	76
De Exequutoribus, & famulis iudicentium.	77
De Saluis conductibus.	79
De Notarijs publicis.	80

A ij



LIBER TERTIVS.

De Testamentis.	fol. 84
De Acquirenda hæreditate.	84
De continuanda possessione defuncti.	84
De Legitimationibus.	85
De Pheudis.	85
De Donationibus.	88
De emptione & venditione.	89
De Iure Emphiteotico,	90
De vltimis voluntatibus, & certis contractibus registrandis.	90
De Transumptis faciendis.	91

LIBER QVARTVS,

De Accufationibus, & denuntiationibus.	fol. 92
In quibus casibus criminaliter procedi non potest.	97
De Crimine læsæ Maiestatis.	97
De Raptu mulierum.	98
De Bannitis, & Receptationibus bannitorum.	99
De Pœnis diuersorum criminum.	100
De Mulctis.	113
De Custodia reorum.	113
De Iure, & privilegio Fisci.	114
De Publicanis, & vectigalibus.	120
De Oneribus.	130
De Aquis, & Fluminibus.	132
De Vijs publicis muniendis.	133
De Aedificijs priuatis.	135
De immunitate, & iure duodecim liberorum.	135
De Gymnasio Ticinensi.	136
De Meretricibus, & Lenonibus.	137

LIBER QVINTVS.

De his quæ ad Ciuitatem Mediolani particulariter pertinent.

De officio Vicarij Prouisionum.	fol. 140
De Consulibus Iustitiæ Mediolani.	144
De officio Abbatum, & Consulum Mercatorum.	144
Quod Capitanei Marthesanæ, & Seprij iurisdictionem non exercent in certis villis.	148
De officio Protectorum Carceratorum.	149
De officio Commissarij Fluminis Olonæ.	150
De officio Gubernatorum statutorum.	155

LIBER PRIMVS,  
DE CONSTITVTIONIBVS.



AROLVS QVINTVS Diuina fauente clementia Romanorum IMPERATOR AVGVSTVS, ac Germaniæ, Hispaniarum, vtriusq; Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Insularum Balearium, Sardinæ, Fortunatarum, ac Indiarum, & Terræ firmæ, maris Oceani, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Vietembergæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Lymburgiæ, &c. Comes Haspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Arthesiæ, & Burgundiæ, Pallatinus Hanoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Ferreti, Kiburgi, Namurci, & Zutphaniæ, &c. Landtgravius, Alfatæ, Marchio Burgouiæ, & sacri Rom. Imperij, &c. Princeps Sueuiæ, Dominus Frisiæ, Molinæ, Salinarû, Tripolis, & Mechliniæ, &c. Hi qui per retroacta tempora vel Vicariatus titulo, vel Ducatus dignitate, Mediolanensi Dominio præfuerunt, varias & ferè innumerabiles constitutiones (Decreta appellant,) secundum variationes temporum condidère. Hæ creuerunt in immensum, nec in volumen redactæ; Ita vt non facilis earum cognitio esset: Multæq; erant tollendæ, nonnullæ addendæ, alię in melius reformandæ. Ob quam causam, cum pacatis rebus id innotuisset Illust. Francisco Sfortiæ Secundo, Mediolani Duci, iniunxit viro clarissimo Iacobo Philippo Sacco, Senatus Mediolanensis Præsidi, vt consulto Senatu, aliquos exploratæ fidei, Doctrinæq; & morum probitate insignes deligeret, qui vndequaq; per Mediolanensem Ditionem has Constitutiones conquirerent, in vnum codicem redigerent, vt in melius formarentur, Senatui referrent. Is (sicut cetera omnia solerti officio facit) Id munus exequutus, Senatores duos, ex quolibet Magistratu unum, Fiscales duos, & ex collegio Iurisperitorum Mediolani duos, Secretarium vnũ, & qui forensibus causis operam daret alium, viros Integerrimos, usq; rerum, & scientia pollentes, ad hanc prouintiam exequendam deligens, effecit vt uiuente adhuc memorato Duce, huic muneri principium

A iij da-




LIBER

datum fuerit. Sed eo Duce vita functo, Mediolanensiq; Dominio ad Nos, sacrumq; Romanum Imperium deuoluto; sicut multa alia bene acta praefati Ducis comprobauimus: Ita censuimus, vt hi qui delecti fuerat, in opere perseuerarent: & Senatus omnia discuteret, & perficeret, atq; exinde Nobis exhiberet, vt nostra auctoritate, in publicum prodirent. Opere perfecto, & nobis oblato, deprehendimus, exacta diligentia, & maturo consilio (prout caetera omnia per ipsum ordinem fieri solent) Illud absolutum fuisse: Quod, vt robur obtineat, hac nostra sanctione decernimus omnes Constitutiones in hoc codice comprehensas, inconcussè seruari debere, Reliquis omnibus antiquatis. Curabunt igitur Senatus, caeteriq; Magistratus, & Iudices, ut haec palàm innotescant, & ab omnibus obseruentur, statutis Ciuitatum, & locorum, ac alijs his Constitutionibus contrariantibus nequaquam attentis. Data Mediolani die xxvi. Augusti, Anno Domini, M. D. xli. Imperij nostri vigesimo primo, & Regnorum nostrorum vigesimo sexto.

In calce. Io. Obernbuger. Et sigillate sigillo magno Imperiali, in cera rubea, Cum bindello morello pendente, more solito.

DE IVDICIS.



AEBREIS interdictum est Mediolani esse, nec habitatione habere. §. Nec etiã alibi in Dominio, nisi cum licetia Principis, quã si habuerint, Sciãt hac sanctione inhibitu esse, ne cum Christianis in eadem domo & sub eodem tecto habitet, & eo amplius, vt a Christianis dignoscantur, necesse habet masculi caputu croceũ, & nõ alterius coloris, faemina autẽ (vt vulgo dicitur) colatu eiusdẽ coloris, ita latũ & patetẽ, vt humeros & pectus cooperiat, deferre. Quod si pmissis cofrafactũ fuerit, pœna sit ictũ duoru æculci, & aureoru decẽ. §. PERMISSVM est tamẽ hæbreis in hospitibus publicis & Mediolani, & alibi sine licetia, p triduũ hospitari posse.

DE RESCRIPTIS ET MANDATIS

PRINCIPIVM.

PER Rescripta, quibus mandantur summarie, & facti veritate attendenta procedi, non intelligatur sublaturũ sapientis cõsilium, quod ex iure municipalis assumendum sit.

Re

*Sancit est omnib. constitutionib. in hoc Codice comprehensas in concussè seruari debere Statutis Ciuitatũ, et locorũ, ac alijs his constitutionib. contrariantib. nequaquam attentis, et antiquatis reliquis duobus*

*li hebrei per 3. giorni sono esser alloggiati nelle hostarie*

*mai s'intende leuare consilium sapientis per qual si uolito decernere che comandasse d'orari procedere summariamẽ*

PRIMUMVS.

Rescripta impetrantes, intra mensẽ Iudici exhibere, parte citata teneantur, alias nulla, & irrita sint.

Rescripta contra debitores, etiam in forma Camerae, concessa, creditoribus executionem personalem non tribuant, nisi alio iure competat, nec iurisdictionem non habentibus, ita ut eorum virtute nemo extra iurisdictionem suam trahatur.

Intimata parti citatione peremptoria a Iudice subsignata, cuius terminus adhuc duret, Iudex, ubi in precibus non sit mentio facta peremptorii, inhibitionibus per Senatum faciendis non obstantibus, iudicare potest, nisi causa esset in appellabilis, uel alias sententia mittenda executioni esset. Quibus casibus, quando essent transmissa duo peremptoria signata, ut supra, & de eis non sit facta mentio in precibus, etiam inhibitionibus praemissis non obstantibus, Iudex iudicare poterit.

Si quis preces dederit, & ad eas in causa superfederi obtinuerit, & preces parti intimari, si id Mediolani fiat, intra decem dies expeditionem a Senatu obtinere teneatur: Si extra Mediolanum, intra quindecim dies: Quibus elapsis, Iudices amplius superfedere non teneantur.

Quicumq; in medio, uel alia parte litis, Rescripta impetrauerit, in precibus, exprimere teneatur prouisiones a Senatu ad ipsius, uel alterius partis petitionem, impetratas, & in iudicio exhibitas, quã ad causam facere uidebuntur, alias Rescripta nullius sint momenti, nec per Iudices executioni demandentur: Et in impensis impetrans condemnatur, arbitrio Iudicis taxandis.

Supplicationes non admittantur, nisi prius fuerint subscriptae per doctorem, uel causidicum, aut notarium ipsius causae actorem, qui sit de Dominio Mediolani: Qui, si calumniosè in supplicationibus aut in causis ipsis, se habuisse cognitum fuerit, non solum in expensis in lite factis, sed etiam in pœna pecuniaria, & alia grauiori arbitrio Senatus omninò plectentur.

DE SENATORIBVS.

VNVS tantum in Dominio Mediolani Senatus sit, Mediolaniqu; resideat: Praesesq; & Senatores, qui in eo sedebunt, eorumq; Secretarii fruantur, & gaudeant priuilegijs, praerogatiuis, immunitatibus, libertatibus, & commodis, quibus praeteritis temporibus Praeses, Senatores, & Secretarij frui, & gaudere cõsueuerunt: Sintq; in dicto munere perpetui. §. HABEATQ; idem Senatus auctoritate nr

A iiii con.

*li scinti uice l'ordini tanto del senato, come d'aloro trib: deuono esser citati nel mese atr sint nulla*

*chi porge prece al sen. di uoprocederẽ, deue tenerne l'espedit. fra io. giorni dela causa e in iudicio, se fuori fra 5 giorni, atr il iudice pui non sia tenuto a pcedere*

*chi impetrauo in mezo della lite o in altra parte rescripti sia tenuto esprimere nella prece le prouisioni del sen. o hua instrõ o d'altri impetrato et in iudicio esibire, che facciano appropiti, al iudice hano non nulli tali rescripti ne si pcedano in expens qd d'altro*



constitutiones Principis confirmandi, infirmandi, & tollendi, Ac concedendi quascunq; dispensationes, etiam contra statuta, & constitutiones. Item statutorum, ordinumq; ac prouisionum confirmationes faciendi, Necnon habilitationes, temporum prorogationes, In integrum restitutiones concedendi. Et vltra pramissa, in his quæ ad Iustitiam, aut æquitatem spectant, prouidendi. §. VNIVERSITATIS quoq; Papiensis curam habeat, Lectores deputabit, & amouebit, Salaria constituet, & deniq; alia faciet ueluti facere consueuerat. §. SINGVLO quoq; anno Præfectos pestis eliget, & circa pestem, & sanitatem conseruandam, quecunq; opportuna faciet. §. COGNOSCEO. Senatus de causis Marchionatum, Comitatum, & quorumcunq; Pseudorum, siue lis & contentio oriatur inter Principem, & vassallos, & seu inter ipsos vassallos. Similiq; modo, de omnibus aliis causis arduis, & magnis, ubi res de qua agitur, sit aureorum mille annui redditus. Et etiam vbi agatur de interpretatione Priuilegiorum, & controuersijs finium, & aliis causis, de quibus uel uia appellationis, uel alio modo, Consilia ducalia retroactis temporibus cognoscere consueuerant. §. IN SVPER cognoscat de causis appellationum a Sententijs diffinitiuis, vel interlocutorijs, vim diffinitiuarum habentibus, Quæ, per Magistros reddituum utriusq; Camere, Præfectos Annonæ, Collaterales nostros, vel Capitaneum iustitiæ ferentur (In casibus tamen in quibus appellari potest.) §. COGNOSCET etiam Senatus de approbatione, confirmationeq; litterarum Principis, donorum, remissionum, indulgentiarum, priuilegiorum, ordinationum, edictorum, & gratiarum, tam in ciuilibus quam in criminalibus. Et eas uel approbabit, uel limitabit, aut restringet, prout e re Principis, aut publica, esse cognouerit: Decernentes posthac omnes literas presentari debere Senatui infra annum; Quas si Senatus non approbabit, uel confirmabit, nullæ & irritæ, & inanes sint, ac si nunquam a Principe concessæ fuissent. §. CVRA quoq; Senatus erit circa omnes Iudicentes seu officiales Iustitiæ, ut, sicut tenentur, iustitiam exerceant. §. Ivsq; in eos habeat, puniendi, ab officio priuandi, & suspendendi, ac corrigendi secundum casus contingentiam: Exceptis Questoribus ordinarijs, & extraordinarijs, præfectis Annonæ, Collateralibus, Vicarijs generalibus, & Fiscalibus generalibus: Prouidebitq; quod officiales sindicentur, iuxta harum constitutionum formam. §. A DECRETIS uerò sententijsuè, ordinationibus, & Prouisionibus, quas Senatus faciet, non possit quouismodo appel-

pellari, prouocariuè, uel de nullitate dici, Sed hæc omnino effectum fortiatur, & executioni mittantur. §. P O T E S T tamen condemnatus per sententiam, Decretum, uel prouisionem Senatus, in termino, a iure prefixo, coram eodem Senatu supplicare, reuisionemq; petere, quæ per Senatum concedatur, & per eundem Senatum reuideatur, parito prius iudicato, & executioni missa sententia, ac facto deposito aureorum centum, pœnes Secretarium Senatus, quod Fisco cedat, casu quo petens reuisionem, succubuerit. §. CAETERVM, quia ex conditione temporum, & rerum euentu, necessarium est super pluribus prouidere, possit idem Senatus secundum casuum contingentiam, opportunas prouisiones facere. Quæ inconcussè seruentur. §. CVM autem criminales causæ, & quæ in eis incident, maximè sint momenti, & plerunq; preiudicium irreparabile parere soleant. Sitq; per ordines priscos huius Dominijs sublata omnis appellatio, reclamatio, aut querella a sententijs & actis quæ superinde feruntur, & fiunt, Opera pretium visum est, subditis consulere, ut fortè si Iudices ordinarij, aut dellegati, siue Pseudatarij, & eorum officiales, iniquè & perperam contra eos agant, ut Senatus huiusmodi causis criminalibus audiendis, & pertractandis incumbat. Querimonias, tam contra Iudices ordinarios, aut dellegatos, quam contra priuatos, aut Pseudatarios, & eorum officiales audiat, siue de pœnis corporalibus, siue pecuniarijs, aut bonorum confiscationibus nondum declaratis tractetur, siue etiam de multis per ordinarios, aut dellegatos factis, aut transmissis agatur. Super quibus sancimus oppressis, & indebitè multatis, per Senatum prouideri, & succurri. Ea tamen lege, quod Iudices qui indebitè multauerint, ipsi incontinenti multam Fisco soluant. Audiat etiam Senatus relationes Iudicum ordinariorum, ac dellegatorum, Pseudatatorum, ac officialium suorum, ac etiam Fiscalium petitiones, in dictis rebus criminalibus, tam oretenus, quam in scriptis, & quid de reis constitutis, & carceratis agendum sit, censabit. Et demum omnia in criminalibus faciet, quæ pro iustitia, & æquitate, ei uidebuntur opportuna. Et quicquid faciet, uel decernet, parem uim habeat, ac si a Principe factum fuisset. §. SENATVS tamen delictorum remissiones, seu gratias, uel literas saluiconductus, reis criminum dare, uel concedere non possit: Quia earum concessio Principi reseruata est.

*istagratie  
il Senato non puot bon  
solui condoti per criminale  
ma il Principe*

A 7 DB



VECTIGALIVM cura semper exactissima habenda est, quia in his potissimum nerui principatus consistunt, Et cum id sit, minus grauantur subditi indictis, superindictisue, & huiuscemodi oneribus: Quae non nisi necessitate urgente imponenda sunt. Eam igitur ob causam, in hoc Mediolanensi Dominio, Magistratus constitutus est Quaestorum ordinariorum reddituum.

Hi igitur Quaestores, salariis eisdem statutis contenti erunt, mundas & continentis manus seruabunt, nullam personarum acceptionem habentes, ad diuitis vel potentis vultum non aspiciant; postq; DEVM solum obseruent Principem. §. OMNIQ; diligentia utilitates, prerogatiuas, & commoda Fisci curabunt: pariq; modo detrimenta auertent. §. STVDEBVTQ; omni diligentia, veram, ac plenam notitiam habere omnium expensarum, ac reddituum huius Dominij, prout eis in rem Fisci magis esse uidebitur: eorumq; reddituum, tam ordinariorum quam extraordinariorum, ad ipsum Magistratum pertinentium, & expensarum solutiones sine mora fieri faciant. Curabuntq; vt illud idem agant Referendarii, & Thesaurarius Generalis.

Curabitq; Magistratus, quod Referendarij omnium ciuitatum circumspecti sint, & prudentes, reddituum Fisci, & vectigalium periti. Qui si horum expertes fuerint, erit officij Magistratus curare apud Principem, vt amoueantur, & eorum loco idonei subrogentur Singulis quoq; annis, aut debitis temporibus, quibus magis, secundum conditiones temporum, e re Fisci esse Magistratus iudicabit, Licitationes faciet (quae vernacula lingua incantus appellantur) quorumcumq; reddituum, Daciorum, & vectigalium, huius dominij, in quibus Quaestores participare per se, nec ipsi, nec alij ex alijs constitutionibus prohibiti, sub poena in eis contenta non possint. §. HRSQ; licitationibus, quae in ciuitate Mediolani fient, Inter sint Quaestores ipsi, uel maior pars eorum: Si uero in alijs ciuitatibus & locis Referendarij, quibus pari modo, & sub eadem poena, in conductionibus uectigalium participare prohibitum est. §. DILIGENTIAMQ; adhibebunt, ut bona fide & sine fraude omnia fiant. Omniq; studio, vt res Fisci melior sit.

Haec quoq; licitationes, in locis consuetis, sono tubae praemisso, fieri debent, non autem in locis secretis, Alioq; modo factae non valeant, Agentesq; & consentientes, ad interesse Fisci teneantur, arbi-

*Agentes, et consentientes ad interesse Fisci teneantur.*

arbitrioq; Iudicis puniendi erunt, inspecta qualitate facti, & personarum conditione.

Licitatores, qui in licitatione vicerint, idoneos fideiussores dare teneantur, & super libris rationum Fisci pro debitoribus inscribendi sunt, Ab eisq; Quaestores diligentes, & debitas exactiones fieri faciant: Quod si id non fecerint, & non idoneos fideiussores acceptauerint, teneantur ipsi ad interesse Fisci, & eo amplius arbitrio Principis puniantur.

Curabuntq; Quaestores, vt omnes redditus huius dominij in vno libro redigantur, & pari modo debitorum Fisci, vt de facili singulis diebus eorum omnium notitia haberi possit. §. SINGVLO quoq; anno quantum ascendent redditus & impensa huius dominij, diligenter examinent. Et si quid superabundabit impensae, inter se considerent quibus modis praemissis occurri possit, & Principi, aut Locumtendenti referant, Et eo amplius, si aliqua impensa eis videatur inutilis, uel superflua, aut excessiua, vt tolli, uel moderari per Principem possit.

Ad dictum quoq; Magistratum pertinet curare, quod omnes pecuniae reddituum sibi commissorum, transeant per manus Thesaurarii generalis. Et ubi, vel iussu Principis, uel alia necessaria causa urgente, id fieri non posset, erit tamen eius officij prouidere quod scripturae necessariae & expedientes fiant, quemadmodum si haec pecuniae, per manus Thesaurarii debito modo transuissent. §. Et item singulis mensibus cum eo Thesaurario rationes concludere. Alias ubi damnum exinde Fisco succederet, id Quaestores ex aere suo proprio resarciant. §. RATIONES tamen haec reuideri poterunt quodcumq; Principi placuerit.

Quaestores nihil contra, praeterue ordines Magistratus faciant, nisi habuerint literas Principis, vel ab eo auctoritatem habentis, sub poena amissionis salarii trium mensium, & alia maiori Principi arbitraria. §. QVAE tamen literae, siue pro expensis faciendis sint confectae, siue alia quavis causa, omnino in actis Magistratus, in particulari libello redigendae sunt.

Non possit Magistratus debitores Fisci, eiusdem Fisci creditoribus assignare, nisi iussu Principis; Eoq; casu opportuna scripturae faciendae sunt. Ita tamen, ut nunquam creditori intelligatur satisfactum, neq; ab eo Fiscus liberatus, nisi ita demum solutio per assignatum debitorem fiat. §. Et quia quandoq; solet Princeps assignationes facere creditoribus, non in solutionem debiti, sed pro cautione. Ideo id cum fit, scriptura faciendae est super libro particulari, Quae

*liquetori de uano for. li  
cont. ogni anno quanto  
sono i rediti et spese  
della camera*



Quæ hæc contineat, quantitatem assignatam, Creditum tamen non excedentem, causam assignationis, creditoris & debitoris nomina, tempus solutionis faciendæ, Et declarationem interesse, si id exsolui contingat. Temporeq; eueniente solutionis præmissorum, etiam debita scripturæ faciendæ sunt. Interdictum est Magistratui, ne remissionem mercedis, seu ficti, conductoribus reddituum ordinariorum faciat, nisi certificato Principe, & habito responso.

Ad Magistratum pertinet providere quòd officiales munitiois nihil impertinens emant, nec quòd aureos decem excedat, nisi eius Magistratus consensus accesserit, sub pœna eius arbitrio imponenda.

Inquirere etiam Magistratus debet, an aliqui sint, qui directè, vel per indirectum se de redditibus & impensis ad Fiscum pertinentibus, intromittant. Eosq; cuiuscunq; status & conditionis sint, (etiam si Principi assistant) monere, ut sine Magistratus scientia, se de his non intromittant: Et si id Iussu Principis fecerint, quàm primum ea omnia Magistratui notificent, ut debita scripturæ fieri possint; nisi ex aliqua causa ea Princeps secreto tenere uoluerit; Qua causa cessante, omnino notificanda sunt, aliàs non notificantes Fisco ad interesse teneantur, Puniendiq; erunt Principis arbitrio. Et si eos monuerit Magistratus, & moniti parere noluerint, erit eius officij, Principem certiosem reddere, sub pœna amissionis salarij sex mensum. §. Et etiam officij Magistratus erit diligenter scrutari, si ab aliquibus, præsertim officialibus Principis, aliqua fiant, uel tractentur, quæ cedant, uel cedere possint in Fiscum detrimentum: Et repositos culpabiles, cum agentibus & consentientibus punire, inspectis qualitate personarum & delicti, ac quantitate damni, & non solum officiales delinquentes punire, sed etiam eos quos cognouerit negligentes esse in denunciando Magistratui alios contrafacientes.

Magistratus etiam curare habet, tam ad utilitatem Fiscum, quàm priuatorum, quòd bis saltem in anno, per aliquos probos & expertos viros, diligenter uideantur, examinentur, & concludantur rationes omnium Thesaurariorum, terrarum, & plebium huius domini.

Cognoscet etiam magistratus, de causis ordinariorum reddituum, & etiam extraordinariorum, ad ipsum tamen Magistratum pertinentium, Modò tamen hæ causæ inter Fiscum, & priuatos sint, Et in causis appellationum, quæ interponi contingent a Sententijs Iudicis Daciorum Douanæ, Salis, uini de minuto, & aliorum quo-

quo-

quorumcunq; Iudicum Ciuitatis & districtus Mediolani, de causis reddituum ipsorum, vel ab eis dependentiam habentium, iudicantium, ubi aliàs ab eorum sententijs de iure, vel ex forma constitutionum, appellari non sit prohibitum.

Et quia aliàs in hoc dominio, Magistratus erat præfectorum salis, qui sublatus est per prædecessores Principes, & ad Magistratum, ordinariorum reddituum omnis eius auctoritas translata. Ideo sancitum est, Quæstores ordinarios cognoscere etiam debere de causis salis, prout cognoscere consueuerant illi Præfecti salis, quorum Magistratus abolitus est.

In omnibus causis coram Magistratu vertentibus, Quæstores per apices iuris, anfractusvè litigiorum, non procedant, sed ex mera veritate causas ipsas terminent & decidant, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. §. Et causæ ipsæ instantiam non habeant.

Eo amplius sancitum est, quòd Iudex datiorum ciuitatis Mediolani, qui inter priuatos ex sui officij natura, cognitionem & decisionem, in causis datiorum habet, & prædicti alij iudices, Referendarij. omnium ciuitatum, quoties de aliquo dubitari cõtingat, in quo versetur detrimentum, vel utilitas fisci, moniti à Magistratu, illo casu non procedant ad causæ decisionem, ipso Magistratu inconsulto, sub pœna amissionis salarij trium mensum. §. OMNIBVSQ; permissum est, in dictis causis, coram præmissis iudicibus vertentibus, recursum ad Magistratum habere. Qui secundum casuum exigentiam, providere poterit. §. Non tamen cognoscet Magistratus, de causis appellationum interpositarum à sententijs latis per Referendarios ciuitatum: Sed hæ causæ, ubi aliàs appellari non sit prohibitum, cognoscantur per confidentem partium collegij illius Ciuitatis, in qua iudicatum est.

Contrafacientes in his quæ ad eorum officium spectant, vel contrauenire præsumentes diligenter Quæstores inquirent, & item si qui ab eis requisiti, in concernentibus eorum officium, auxiliu, & fauorem non dederint, Repertosq; culpabiles, eorum arbitrio vsq; ad pœnam corporalem inclusiue, puniant. §. SVSPENDEREQ; ab officio poterunt, tam referendarios quarumcunq; Ciuitatum & locorum huius Domini, quàm etiam ratiatores, & alios officiales reddituum fisci, ab eorum officijs, quos inhabiles vel improbos duxerint. (Si tamen id commodè fieri poterit) sin minus Principi referant, aliosq; eorum loco subrogari curabunt.

Cum materia reddituum sit lata & difficilis, ita quòd certis legibus

bus



bus omnia comprehendere non possint, & propterea quandoque magna in eis difficultates emergunt, ideo sancitum est, quod ubi arduum negotium occurrat, Principem, aut Locumtenentem, vel Senatum consulant, nec aliquo eorum inconsulto diffiniant, pœna arbitrio Principis imponenda.

Quotiescunq; casus contingat, Quæstores auxilium implorabunt, non solum à Prætoribus ciuitatum, sed à quibuscunq; alijs officialibus, eisq; committent quicquid pro reddituum indemnitate, & conseruatione faciendum sit, tam in personis detinendis, quàm in torturis, & alijs prouisionibus, etiam corporalibus faciendis, quæ ipsis Quæstoribus iuxta rerum qualitatem, & magnitudinem, faciendæ videbuntur. §. PRAETORESQUE & officiales omnes Quæstoribus ipsis assistant auxilio, consilio, & viribus, ac omnia quæ ipsis per Magistratum commissa erunt, agant, & exquantur, omni exceptione remota.

Et quia contingit Principem sapissimè hinc inde nuntios mittere, inquirat Magistratus diem discessus à Ciuitate, & item reditus, vel à Secretario, qui literas expediuerit, vel alio modo, etiã per sacramentum illius nuntij: ut dierum supputatio, & etiam in pensæ extra ordinem factæ, fieri possit, ratioq; per ipsum Magistratum concludi.

A sententijs, quæ per Quæstores præmissos super calculo, seu circa bona & pecunias, quæ immediatè fisco spectare prætendantur, ferri continget, nullo modo appellari possit, nec etiam in alijs causis, in quibus de iure appellari non licet.

Si quis ex præmissis Quæstoribus, coniunctus fuerit usq; ad quartum gradum inclusiuè, secundum iura canonica computandum, vel magna familiaritate iunctus alicui sit, cuius causa in eo Magistratu tractanda sit, non audeat in eius causæ expeditionibus, vel deliberationibus interuenire. Debetq; Præses hoc iubere, (modò id ei notum sit,) quod si quis sciens contrauerit, in eum grauius erit animaduertendum. §. IDEM seruetur per Quæstores extraordinariorum reddituum & Præfectos Annonæ.

DE OFFICIO QUÆSTORVM  
EXTRAORDINARIORVM  
REDDITVVM.

MVLTVM inuant Aerarium huius Dominijs redditus bonorum patrimonialium Principis, & item aquarum prouenientium ex flu-

fluminibus, (quibus plurimum abundat Mediolanense Dominium) necnon qui ex confiscationibus bonorum delinquentium, & ex pœnis nocentibus irrogatis, exiguntur, ea propter Magistratus erectus est, Quæstorum extraordinariorum reddituum.

Huius igitur Magistratus cura illa imprimis est, Præsides & Quæstores statutis diebus in locum consuetum conuenire, & cum conuenerint, neminem, nisi audiendum, vel causâ decidendâ gratia intromittere, nec quemquam priuatò audire, nisi omnibus collegis audientibus, diligentiamq; adhibere, ut antequàm in aliqua causa deliberent, rem ipsam benè intelligant, & postquam deliberauerint amplius variare, nec in dubium refricare liceat. §. CELERRIME causas expediant, nec ante horam solitam, excepta necessitatis causa, discedant, omniaq; per eos tractanda occulta teneant, nec manifestent, nisi omnium qui interuenerint consensus accesserit.

Habetq; Magistratus auctoritatem remouendi ab officio Cancellarios, & coadiutores, eius decreta absq; eius iussu manifestantes, & eos puniendi, ut successoribus transeant in exemplum.

Cura quoq; erit Magistratus, ut omnes officiales in causis ad Fiscum pertinentibus diligenter, & sincerè procedant, benèq; aduertant, ne in eis fraus, vel dolus in detrimentum fisci committatur, & ubi Magistratui in rem Fisci esse visum fuerit, ipsis officialibus mandare poterit, ut cum interuentu Fiscalis per Magistratum nominandi procedant, sub pœna arbitrio Principis vel Senatus imponenda.

Diligentiamq; adhibebit Magistratus, an officiales aliquid occultauerint neglexerint, composuerint, dolum, fraudem uè commiserint, tam in criminibus & delictis, quàm in pecunijs ad fiscum spectantibus, de hisq; Principem certiozem reddat.

Notarij maleficiorum per quempiam ad officia exercenda deputari non possint, nisi Magistratu consulto, qui etiam se informabit de Notarijs nunc deputatis ubilibet existentibus, & quos compererit minus sincerè, & integrè officium exercere vel minus idoneos esse, eos ab officio suspendat. Et ubi in eos grauius animaduertendum sit Principem vel Senatum consulat.

Cognoscet insuper Magistratus, de causis fluminum regalium, & aquarum fisco pertinentium, & abinde dependentium. §. Et item de bonis confiscatis, & etiam expost per Principem alicui do-



donatis, vel alienatis (vbi tamen in eis de interesse Fisci tractetur,) alias interdita cognitio est, & vbi interesse fisci versetur, ad causarum expeditionem deueniri non possit, nisi adhibitis fiscalibus, vel aliquibus ex eis.

Iurisdictionemq. exercebit in curte Douariæ, terris Boffaloræ, & Cifsiani, inibiq. Pratores deputabit, vel confirmabit iuxta solitū. Erit quoq; officij Magistratus diligenter inquirere, an qui debitores sint Fisci, velex causa condemnationum, vel alia ad ipsum Magistratum spectante, habiles sint ad soluendum, & vbi sint, per exequutorem ipsius Magistratus (si hi in ciuitate, vel Ducatu Mediolani habitauerint) sin minus per Referendarios ciuitatum exigere faciant. §. Si verò debitores ad soluendum habiles non erunt, à centum libris infra, cum eis componere Magistratus potest.

Cautum quoq; est, quòd is Magistratus cum debitoribus Fisci ad ipsum Magistratum pertinentibus rationes inire, & concludere possit.

Causæ coram hoc Magistratu tractandæ, tam ad formam presentium constitutionum, quam etiam quæ delegatæ erunt, nullam habeant instantiam.

Pratores, Capitanei, & deniq; omnes iudicantes, & officiales huius Domini habentes auctoritatem mulctandi, & condemnationes pecuniarias faciendi, teneantur postquam eas fecerint, (modò ad fiscum pertineant) si fuerint ciuitatis Mediolani, intra tres dies, si verò aliarum ciuitatum, & aliorum locorum extra ciuitatem, intra octo dies Magistratui transmittere. In quibus distinctè apponant nomina, cognomina & prænomena condemnatorum, eorumq. parentum, & fideiussorum, exprimantq. in quo loco, & loco loci condemnati habitent, & condemnationis quantitatem, terminum solutionis faciendæ, & pœnam adiectam si nò soluerit condemnatus, sub pœna contrafacienti, amissionis salarii sex mensium, fisco applicanda. §. HVIVSQ; rei in sindicatu, & ante sindicatum, ratio habenda est. §. OMNESQ; pecuniæ ex dictis condemnationibus exigendæ, ad Thesaurarium generalem huius Domini deferantur.

Prohibitum est omnibus Iudicantibus, & officialibus, ne pecunias condemnationum exigant, sub pœna quadrupli, quia hæ pecuniæ omninò Thesaurario generali numerandæ sunt, qui tamen curabit, ne in alium vsum eas conuertat, nisi per prius satisfactum sit officialibus, qui eas condemnationes fecerunt, tam de eorum salarijs,

*Insuper, teneantur transmittere magis: = tribui pecuniarum condemnationes per se factas in futurum per alios, ut nunc et cognoscere condemnationes huiusmodi, et 3. et 4. sub pœna*

*si potest non potest habere le condane non potest del quidam*

salariis, quam de eorum condemnationum contingenti portione eisdem spectante: Quæ tamen solutio fieri nò possit, nisi mandato Magistratus.

Pertinetq. ad hunc Magistratum, omnes habentes causam à Principe, vel à Fisco, ponere in possessionem bonorum & iurium a Principe, vel Fisco, In eos quocumq; titulo translatorum. §. Non tamen ponat, nisi prius, & ante omnia factis liquidationibus iuxta ordines: Quod tamen locum non habeat, quando translatio facta esset in condemnatum iam gratiam a Principe assequutum, vel in eos qui condemnato ab intestato successuri essent.

Exequutio autem omnium bonorum confiscatorum, vel vacantium, ad ipsum Magistratum etiam pertinet. Isq. modus seruandus erit, quòd Iudicens illius ciuitatis loci, in cuius territorio crimen commissum est, vel bona vacantia erunt postquam commissi criminis, vel eorum bonorum vacantium, notitiam habuerit, teneatur infra biduum mittere Notarium maleficiorum, qui vnà cum Notario Referendarij illius ciuitatis, & Sindico Fiscali, in presentia consulis, & duorum bonorum virorum. (Si extra ciuitatem fuerit) si verò intra ciuitatem, in presentia Antiani, vel duorum vicinorum, accedant ad loca, vbi sita sunt bona imputati, vel vacantia, & omnia bona illius imputati, vel hereditatis vacantis, mobilia, & immobilia, ac se mouentia, describant: mobilia cum suis qualitatibus, & nominibus; mouentia cum coloribus, & signis animalium, & per eorum nomina: immobilia cum situ, cohærentijs, & numero perticarum: exprimendo an culta sint, vel vinea, prata vè, aut inculta, vel nemora, vnà cum diuersitate fructuum satorum, & pendentium, si extabūt. Ea q. omnia & singula, ac iura quæcumq; ac nomina debitorum, fructusq. & redditus, siue collectos, siue pèdètes, nomine Fisci apprehendant.

Ea q. omnia bona consignent Consulibus, vel Antianis, qui se obligent, & huius sanctionis virtute, obligati esse intelligantur, bona ipsa accipere, & conseruare, ea q. Quæstoribus extraordinarijs, quoties ab eis requisiti fuerint, vnà cum fructibus collectis, & colligendis restituere, & consignare. §. Et ITEM fructus pendentes temporibus debitis colligere, (impenis tamen fructuum,) Aliàs ex suo are proprio Fisco teneantur. §. Hæ peractis, Iudicens, & Referendarius, collatis descriptionibus, & apprehensionibus, per suos Notarios modo præmisso factis, intra decē dies duplum autenticum Magistratui transmittant: Qui, si fecerint, pœna erit amissionis Salarij trium mensium. §. Si verò

*bona vacantia sunt bonorum et ita confiscata*

*bona vacantia sunt bonorum et ita confiscata*

*si distinguere li beni uacanti, et confiscati nel modo che li trouano & le bestie con i loro peli et legni*

*si consegnano al Consoli ce sono tenuti, ut or q. i uacanti, et restituti vbi signoribus in li fructus rauditi*



bona non fuerint in iurisdictione, in qua commissum est delictum sed in alia, etiam Pseudatariorum, & Donatariorum: modò tamen agatur de bonis ad Fiscum Principis pertinentibus, Iudicis ille intra quatuor dies literis suis moneat Prætorem, & Referendum ciuitatis in cuius iurisdictione sita sunt, uel saltem Prætorem illius loci, in cuius territorio sita sunt bona, ut nomine Fisci dictas descriptionem & apprehensionem faciant, et intra quadriduum Magistratû certiorum reddant. §. Hi ita moniti, prædicta executioni mandare necesse habent, & intra decem dies Magistratui cedula apprehensionis, & descriptionis, per notarium subsignatam transmittere, alias pœnam aureorum quinquaginta, Fisco applicandam, incurrant. §. In Capitaneatus Iustitiæ officio, & Prætura Mediolani, cum notario Capitanei, vel Prætoris, ad prædicta exequenda semper erit notarius Magistratus. §. Per has tamè apprehensiones & descriptiones, sancitum est, reo, nec ius habentibus in bonis, quæ tanquam vacantia descriptæ erunt, nullum afferri præiudicium, tam iure dominij, quam possessionis, nisi ita demû condènnatio, vel declaratio sequuta fuerit. Post factam condènnationem, & bonorum condènnati, publicationem, & respectu bonorum vacantium, seruatis seruandis declarationem, scilicet ea bona vacantia esse: Tunc si ea bona, in ciuitate, & Ducatu Mediolani fuerint, Magistratus: si in alijs ciuitatibus, vel districtu ciuitatum, Referendarij: & in alijs locis insignibus Prætores, omnes tamen hi, de commissione Magistratus, cunctos monebunt per edictum publicum, in locis publicis & consuetis, & in loco habitationis condènnati, vel illius cuius hæreditas vacans est, in hanc formam faciendum.

## EDICTVM.

QUILIBET prætendens se condènnati, vel hæreditatis vacantis creditorem, vel ius aliquod habere in bonis per ipsum condènnatum relictis, aut hæreditatis vacantis, & verè vel fictè, virtute constitutionum huius Dominij nomine Fisci apprehensis, teneatur & debeat, si in Dominio habitauerit, intra tres menses, si verò extra Dominium, vel pupillus, furiosus uè, aut mentecaptus, aut alius curatore indigens: item veniens ex successione, vel persona alterius, vidua, mulier prætendens iura dotalia, intra sex menses, coram Magistratu, vel Referendarijs, aut Prætoribus & Magistratu delegatis, comparere, & in scriptis producere, aut pro

probare, & probatum habere per omne genus probationum, omne & totum, & ius id quod habere prætendit, à dicto condènnato, vel hæreditate vacante, vel super bonis ipsis. §. Quicumq; etiam qui fuerit debitor condènnati tempore commissi delicti, vel hæreditatis vacantis, verè vel fictè, ex quacumq; causa, & pro quacumq; re, purè, vel in diem, vel sub conditione, vel aliter quomodocumq; aut habuerit, vel habeat, tenuerit, possederit uè, vel quasi eo tempore eius rem, vel proprietatem, ad fictum perpetuum, vel ad tempus, aut de bonis mobilibus, se mouentibus, & immobilibus, fructibusq; & redditibus eorumdè, teneatur intra mensem, & alterius mensis dimidium, coram Magistratu, vel à Magistratu delegatis, vocatis, vel præsentibus Aduocato, & Sindico Fiscalibus, notificare prædicta omnia quæ per ipsum tenebantur, vel quasi cum suis qualitatibus, & distinctè: Et item dare Fisco, omne & totum id quod tenebatur dare condènnato tempore commissi delicti, vel hæreditati vacanti, sub pœna quadrupli debiti, vel valoris bonorum; quæ pœna ipso iure & facto, sine processu, committatur, (si tamen hoc edictum publicè propositum fuerit in ciuitate in qua, vel in cuius districtu, Episcopatu uè debitor, vel habens bona ut supra, habitauerit.) §. Qua etiam pœna, quoad omnia teneantur hi, qui sub aliquo ficto titulo, vel colore pignoris, vel fœnoris, aut in fraudem, & præiudicium Fisci, haberent de huiusmodi bonis condènnati, in formam emptionis, vel alicuius alterius cuiuscumq; tituli veri vel ficti, aut si tacitè, vel expressè, inter eos & condènnatum actû, conuentû, vel promissum foret de retrouendendo, vel alijs pactis. §. Intraq; dictum terminum pari modo teneantur notarij, qui rogauerunt instrumenta crediti, vel acquisitionis aliquorum bonorum condènnati, aut successerint notarijs, qui id fecerint, vel eorû protocollos habuerint, necnon quicumq; alij, qui habeant penes se scripturas, instrumenta uè condènnato spectantia ante crimen commissum, verè vel fictè, aut scirent alios penes se habere, ea omnia Magistratui, vel ab eo delegatis, notificare distinctè tamen, cum quantitate, qualitate, re, & causa, ac tempore confecti instrumenti. §. Instrumenta q; & scripturas condènnati, & hæreditatis vacantis, penes se existentes Magistratui restituere, sub pœna soluendi ex suo ære proprio, & quadrupli valoris rei in instrumento, libris, aut scripturis expressè: Notificentq; notarij instrumenta confessionum rogata ad fauorem condènnati, tam ante commissum delictum, verè vel fictè, quam ex post, ex

*e le i beni da confiscare  
non sono nella giurisdic  
zione della Prætoris di  
quel loco uis facci  
la confisio o uero  
tenedo posse al  
Mag. rogato*

*Edictus non est  
ut Phisid...*



quibus condemnatus, vel ille in cuius locum successerit, a praeambula obligatione sit liberatus. §. Non teneantur tamen notarij, instrumenta notificare, nisi ea quae a decennio citra, rogata sunt. §. Praedictos autem in memorato termino non notificantes, aut praemissis contrafacientes, quilibet lapsa termino, deferret Magistratui possit; & secretò, si voluerit tenebitur, Tertiàq. partem omnium bonorum, & rerum quarumcumq; quae eius facta, & opera, ad unum peruenient, in praemium accusationis habeat.

## FINIT EDICTVM.

Hic qui in termino sex mensium, ex dicto edicto limitato, comparere, probare, & producere habent, ad eius edicti formam, necesse non habet probare in eo termino qualitates, propter quas in termino sex mensium eos vocat; Probare tamen tenentur, quotiescumq; eis in specie obiectum fuerit, de ea qualitate non constare, eam qualitatem subesse, & hoc intra quindecim dies exinde numerandos.

Hoc quoq; edictum, ex Senatus consulto, non comprehendit iura directorum Dominiorum, quae intacta, & illaesa esse vult, licet Domini directi non contradicant, nisi ipsa directa dominia specificè, & expressè, in edicto descripta sint. §. Item edictum non comprehendit casus euictionis, nisi agatur de bonis illius qui contraxit. §. Et quia plerumq; euenit, siue incuria officialium, vel per errorem, quòd bona describuntur, quae delinquentium non fuerunt, cum non paruo subditorum damno, qui contradicere ad formam memorati edicti coguntur: Ideo ex Senatus consulto sancitum est, quòd edicta praedicta, tam facta, quam facienda, non noceant his, quorum bona fuerant, seu erant ubi illi, quorum bona confiscantur, non fuerint in possessione, seu tenura dictorum bonorum, & etiam si essent in tenuta, modò essent nomine alieno.

Edicto publicato, Referendarij, & alij à Magistratu delegati, publicationis fidem intra sex dies Magistratui transmittant, sub poena aureorum viginti quinq; Fisco applicanda. §. Et item certiore reddant suis literis Magistratum, si in dicto mense & dimidio, aliqua scripto notificata fuerint, vel consignata, & quae, & qualia sint: Eoq; amplius, si fuerint instrumenta, scripturae, vel aliae res mobiles portatu faciles, ad Magistratum (impensis tamen Fisci) transmittant, alias poena praedicta teneantur.

Qui

Quicumq; in termino edicti comparuerit, vel coram Magistratu vel ab eo delegatis, ad singulos actus citare teneatur Advocatum, & Syndicum Fiscales, qui iura Fisci diligenter & sollicitè defendant: Curentq; ne fraus dolusue committantur, vtanturq; probationibus, & instrumentis necessarijs, impensis tamen Fisci. §. Procedaturq; in ipsis causis, contradictionibus, & defensionibus, summarie, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta. §. Hoc amplius comparens, & contradicens, vel aliquid quocumq; modo à Fisco petens, occasione bonorum condemnati, vel vacantium, & quacunque actione contradicat, vel agat, quòd in primo actu quem faciet ipse, vel eius procurator specialis, post dictam contradictionem, vel petitionem, iurare teneatur in hac formam. §. Praedictam petitionem, seu contradictionem malitiosè, nec animo calumniandi, non facere, nec in aliquam fraudem Fisci, alteriusue personae: sed credere iustam fouere causam, iuraq; & instrumenta, seu causas, quarum vigore contenta in petitione, seu contradictione consequi intendit, esse bona, integra & vera, & non ficta, nec simulata. §. Vbi verò in contradictione, vel petitione, dixerit se creditorem pecuniae, vel bona condemnati, aut vacantia, pro credito obligata esse; Teneatur etiam iurare, se esse verum creditorem, & pro qua, & quanta summa. §. Falsum autem iurans, vel dolum, aut fraudem in praemissis committens, ipso iure & facto, absq; aliquo processu, in poenam quadruplicat summae pro qua contradixit, vel valoris eius rei, pro qua falsum iuravit, vel dolum commisit. De quibus periurio, dolusue, Magistratus & quilibet alius Iudicis ab eo delegatus, quandocumq; cognoscant, etiam ex eorum mero & puro officio, & per opportuna remedia inquirent, puniantq;, prout inspecta conditione personae, & qualitate facti, eis videbitur conuenire. §. Haec autem fictio, vel simulatio, contractus, vel distractus, instrumentorum, & iurium productorum, detegi possunt, etiam per libros iurantis, vel illius, in cuius locum successerit, ad quorum librorum exhibitionem cogi possit à Magistratu, vel delegatis ab eo, per omnia iuris remedia, secundum quòd verisimile erit, saltem per communem opinionem, vel famam, ipsum iurantem libros habere, in quibus scripta sit ratio dicti crediti. §. Quod si ad terminum statutum libros non exhibuerit, vel in dicto termino legitimam causam non adduxerit, quare non exhibeat, ipso

B iij iure

*Ind. Paul. nonis  
iuris. In  
contradictio  
bonorum*



iure & facto, habeatur pro conuicto, & confesso, quod falsum iurauerit, vel dolum, aut fraudem commiserit, aut simulatum contractum, vel distractum fecerit. §. QUILIBET autem quocumque tempore accusare possit, & accusator habeat dimidiam partem pœnæ, eorum quæ eius opera ob periurium, fraudem, aut dolum detectum, in Fiscum peruenerint. Tenebiturque secreto si voluerit. §. PRAEDICTA tamen, quoad pœnas, habeant locum in his personis dumtaxat, quæ verisimiliter arbitrio Magistratus habuerint iustam causam sciendi contenta in petitione fore vera tempore quo sic iurabunt. §. Vbi verò comparens, vel contradicens iurare in præmissam formam omiserit, ipso iure & facto, in petitis succumbat, superque eis impositum esse intelligatur, & sit perpetuum silentium, & amplius non audiatur.

Elapsis terminis trium, & sex mensium, ex edicto statutis, nulla amplius admittatur contradictio, comparitione, nec iurium productio contra Fiscum, vel bona condemnati, quinimo omnes personæ etiam fictæ & representatæ, sint ipso iure & facto exclusæ, & nullum ius habere intelligantur in bonis condemnati, cum termini dictorum trium, & sex mensium peremptorij sint. §. POSSINT tamen in tempore contradicentes, etiam lapsis dictis temporibus, instrumenta, & publicas scripturas producere, & item testes, qui intra tempus iurauerint, examinari facere, intra tamen terminum per Magistratum statuendum.

Referendarij, & à Magistratu delegati, lapsis tribus mensibus, quoad præsentem, & sex mensibus quoad alios, intra decem dies teneantur Magistratui transmittere, sumptibus comparentium, omnes contradictiones, petitiones, iurium productiones, cum ipsis iuribus, vel copijs eorum, cum originalibus collatis, & omnia denique acta, & producta, occasione bonorum condemnati, tam per partem, quam per Fiscum, sub pœna retentionis salarij trium mensium, & alia arbitrio Magistratus imponenda.

Studeant qui comparuerint, omnemque diligentiam adhibeant, sumptusque debitos faciant, ita ut appareat per eos non stetisse, quominus per delegatos Magistratui intra dictos decem dies, processus & iura mitti possint, ad finem, ut eis habitis, intra duos menses per Magistratum sententia proferri possit, & bona liquidari.

§. Quid si negligentes & remissi fuerint, & intra dicta tempora expeditionem habere non procurauerint (modo facto Magistratus impediti non fuerint) habeantur ac si non comparuissent, omnia acta sint nullius momenti, & super eis perpetuum silentium impona-

si non iurat contra  
Silentij

ponatur. §. Est tamen arbitrij Magistratus, si contingat aliquem paupertate, infirmitate, vel alio casu legitimo impediri, quominus intra dicta tempora prædicta facere possit, prouidere si petitu fuerit, eorum indemnitati, tempus & terminos prorogando. Horum omnium contradicentium iura, & probationes, Quæstiores cum participatione Aduocati & Sindici Fiscalium, teneantur diffinitiuè decidere, & terminare intra duos menses, (finitis tamen sex mensibus, & decem diebus exinde sequentibus) prout iustitia suadebit. §. A QUORVM sententijs, & liquidationibus bonorum super huiusmodi edicto, & bonis condemnatorum, vel hereditatis vacantis faciendis, appellari, querelari, supplicari, nec de nullitate dici possit, nec etiam in integrum restitutio peti. Si per Quæstiores iudicatum erit bona condemnati, vel hereditatis vacantis, in toto, vel in parte, contradicenti iure Dominij, vel quasi pertinere, eumque habere meliora iura, quam Fiscus: incontinenti ea bona relaxabunt iuxta rem iudicatam. Ea tamen lege, quod ubicumque & quocumque tempore comperietur, obtinentem deierasse, vel dolum, aut fraudem commisisse, vel simulatum, fictumque contractum, distractum fecisse, vel instrumenti per eum producti falsitas detegatur, his casibus, iura Fiscus sint illata, eoque in statu & gradu, prout erant ante illius contradictionem, & ac si non esset lata sententia, nec facta relaxatio in executione rei iudicatæ: Reservatumque sit Fiscus ipso iure & facto Dominium, & possessio, vel quasi, dictorum bonorum. §. PERIURVSQUE vel dolum committens ut supra, eiusque heredes, ad restitutionem fructuum perceptorum ex bonis prædictis relaxatis, Fiscus teneantur, (si extabunt) sin minus, ad eorum prætium.

Si verò Quæstiores declarauerint credita contradicentium, aut bona condemnati hypothecata, teneantur intra tres menses his creditoribus satisfacere in pecunia, vel in bonis, secundum tamen estimationem faciendam. Et eo casu, Fiscus non teneatur ad maintenancem bonorum, nisi pro dato & facto suo, & Principis, & pro quantitate bonorum, quæ penes Fiscum remanebunt. §. SALVIS tamen insolutum accipienti bona, quod ad alios, primarijs iuribus, & cum retentione eorum, pro defensione dictorum bonorum, & in casu euictionis modo quo supra.

Et quia plerumque evenit, quod in terminis edicti nemo compareret, ideo sancitum est, intra decem dies post eos terminos, delegatos à Magistratu eum literis suis monere debere, edictum publicasse, neminemque comparuisse. §. QUIBVS peractis, Quæ-  
B iij stores



stores reliqua bona veluti ritè, & solemniter liquidata, super libris Fisci describi faciant: immobilia cum situ coherentiarum, & numero perticarum, nec non iura distinctè, ac mobilia, & semouentia.

Notarij Magistratus Capitaneorum, Prætorum, & Referendariorum, pro descriptionibus, & apprehensionibus bonorum faciendis, habeant pro singulo eorum, & singulo die, ex bonis imputati, ubi soluendo erunt, libras quatuor imperialium, si extra ciuitatem fuerit: & hostiarius solidos quinquaginta imperialium: Si verò intra Ciuitatem, & corpora Sanctorum, Notarij solidos quadraginta, & hostiarius viginti, in omnibusq. dictis casibus, proprijs impensis viuant, nihilq. vltius accipiant, sub pœna amissionis salarij trium mensium, & alia maiori, arbitrio Magistratus. §. LICEAT tamen eis, & cuicumq. eorum pro omnibus, ad hoc vt eis satisfiat, pignus ex bonis imputati retinere, donec eis satisfactum fuerit, modò tamen id pignus pari modo cum alijs bonis describatur. §. Quod si bona rei soluendo non erunt, habeant prædicti impensas cibi & potus, in mora, & reditu, sumptibus Fisci. §. Hi tamen caueant, ne dolum, vel fraudem, per se vel interpositas personas, directè, nec per indirectum committant, accipiendo aliquid vltra dictum pignus, occultandouè bona rei, vel ea occupando, aut omittendo describere. Quod si aliquod prædictorum commiserint, puniantur in quadruplum eius rei, & maiori pœna, etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus: eosq. quilibet accusare possit, habeatq. medietatem pœnæ, & occultè deferre poterit. §. Idè. Si delatum fuerit delegatis à Magistratu, postquam delatum sit, erit eorum officij, intra sex dies Magistratum certiozem reddere, aliàs retentionis salarij sex mensium pœna esto.

Interdictum est Quæstoribus, ne ultra salarium annuum, quod à Fisco eis soluendum est, quicquam vltius, quocùmq. quæsito colore, accipiant, præterquam pro honorario sententiarum diffinitiuarum: Si questio erit inter Fiscum & priuatû, solidos viginti imperialiû pro quibuslibet libris centû imperialiû valoris rei decimæ, accipere possint: Et eo casu notarij, & Fiscales, solidos decem imperialium, pro quibuslibet libris centum. §. QVINIMMO etiam, si questio fuerit inter priuatos, in casibus in quibus Magistratus, vigore harum constitutionum, cognoscere potest, Quæstores & notarij, ab ambabus partibus vltra solidos triginta imperialium,

*perogni centum  
al. Not. Bio*

rialium, pro quibuslibet libris centum imperialium vtsupra accipere non possint, directè, nec per indirectum. §. Nec pro quacumq. causa salarium prædictum libras sexcentum imperialium excedere possit. §. In causis verò dotium, legitimæ, alimenterum, nihil penitus accipiant, nec etiam pro ordinationibus, quæ per modum prouisionis fient.

Teneantur omnes officiales singulo mense Magistratui mittere notulam querelarum, & denuntiarum, ac condemnationum, quæ eo mense factæ fuerint, in quibus pœna sanguinis, vel interesse Fisci vertitur. Et vbi atrox delictum fuerit monere Senatum.

Eoq. amplius causas Magistratui scribere, cur in termino sexaginta dierum, à constitutionibus limitato, processus non perfererint: inferantq. in ea notula parcelas confiscationum, & multarum ex causa criminali per eos factarum, vnà cum descriptionibus bonorum superinde factis, pœna arbitrio Senatus imponenda.

#### DE OFFICIO THESAURARII.

THESAURARIVS nullas pecunias Fisco debitas accipiat, nisi prius habuerit scripturam a rationatoribus Fisci factam, in qua scriptum sit, Thesaurarium eas pecunias recipere debere à tali persona, & ex qua causa: Qua scriptura habita, Thesaurarius subscribat, confitendo eas pecunias habuisse: et demum eam ad rationatores remittat, qui de eis creditum faciant Fisco & debitum Thesaurario.

Inhibitum est Thesaurario, ne alicui pecuniam numeret, minus super libris suis aliquem creditorem faciat, sine expresso mandato Magistratus, in scriptis faciendo. Quod si iussu Principis pecuniam numerauerit, Magistratui intra sex dies notificabit.

Teneatur Thesaurarius in scriptis singulis diebus Magistratui mittere quid die præcedenti solutum ei sit, & quid impensum: et de hoc per rationatores memoria fiat; pœna arbitrio Magistratus imponenda, §. SINGVLO quoq. mense, requisitus a Magistratu, rationes suas ostendat, vt calcula fieri possint.

Non possit Thesaurarius debita, vel credita transferre de persona ad personam, sine licentia Magistratus: Et si alio modo factum fuerit, habeatur pro infecto, nulliusq. sit momenti: Thesaurariusq., & cum eo agentes, & consentientes, arbitrio Magistratus puniantur.

B v DE



NON sine ratione Magistratus annonæ in excelsa vrbe Mediolani constitutus est, qui curam annonæ per vniuersam Mediolanensem ditionem haberet. Studeretq; vt ordines in eam causam facti obseruarentur. Quia per huius Magistratus constitutionem, annonæ vbertas conseruatur ad commodum subditorum, & huius imperii tutelam. Is igitur Magistratus curabit, vt ordines inferius describendi obseruentur: Eiq; omnes officiales annonæ parebunt, de fraudibus inuentis iuxta ordines ipsum Magistratum certiore reddent, ad hoc vt ordinibus cōtrafacientes puniri possint, contra quos possit, & teneatur procedere summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Curentq; omni studio veritatem habere, nocentes quoq; punire, mulctare, & condemnare, & in omnes tam mediatē, quam immediatē subditos huic Dominio, in concernentibus hos ordines iurisdictionē exercere, & inobedientes vel cōtrafacientes mulctare, & condemnare. Ad Magistratum prædictum pertinebit licentias concedere, de ipsisq;, & emolumentis earum rationes teneat.

Cæterum si quæ licentiæ per Principem, vel eius Locumtenentem concedantur, hæc apud acta dicti Magistratus præsententur. Et ulterius, obtinentes necesse habent ab eo Magistratu habere ordinem exequendi, ne fraudes committantur. Vtentesq; eis aliàs quam modo præmissis, de fraude puniatur, non secus, ac si licentiam non obtinuissent.

Non possitq; Magistratus nisi ex graui causa, & per prius re participata cum Principe, vel Senatu, descriptiones generales bladorum per dominium Mediolani facere. Et quoties fieri necesse sit, ea cura ad memoratum Magistratum pertineat, impensisq; Fisci fiant. Curabitq; Magistratus personas idoneas ad id munus eligere, & ab eis idoneos fideiussores exigere, ne pro dictis descriptionibus faciendis quicquam à subditis accipiant, sub pœna quadrupli, vel ictuum trium funis, & etiam grauiori arbitrio Principis, vel Senatus.

Habeatq; Magistratus auctoritatem, cum annonæ inopia fuerit, mercata publica tam communibus, quam particularibus personis concessa, respectu annonæ, suspendendi, re per prius, cū Principe, vel Senatu communicata. Et cum hæc fiant, non sint præiudiciali locis, in quibus mercata fiant, quin eorū privilegia seruentur. Erit quoq; officij eiusdem, idoneos & expertos Commissarios, & eorum

eorum contra scriptores eligere iuxta solitum, Eisdemq; officia gratis dare, biennio tamen terminanda: Eoq; finito eos sindicatui subiicere, & altero ex Fiscalibus adhibito, de erratis punire iuxta ordines.

Electio autem capitaneorum, & eorum contra scriptorum, ad Principem, seu ad eius Locumtenentem spectat.

Electi a Magistratu instructionem exercendi officij accipiant: Et ante omnia apud ipsum idoneè fideiubant, tam ipsi quam contra scriptores, & officiales sui, quod officia bona fide, personaliter, & non per substitutum, exercebunt, sindicatuiq; stabunt, & parebunt, iurabuntq; solemniter, an aliquid dederint pro ipsis officijs obtinendis, quod si repertum fuerit quicquam dedisse, ab officio amoueantur, & puniantur pœna quingentorum aureorum, & maiori arbitrio Principis, vel Senatus. Et quodcumq; procedi possit. Nec continuari præmissa officia ultra biennium possint: Et finito biennio, omninò dicti Capitanei, & officiales sindicentur.

Gubernatoribus Ciuitatum, Præfectis arcium, Pseudatarijs, officialibus quibuscumq;, ac subditis, communibus, & particularibus expressè inhietur, ne sese aliquo modo de pertinentibus ad annonam, vel de licentijs concedendis impediunt. Quia hæc omnis cura Præfectis Annonæ, & eorum officialibus committitur. §. Qui in omnibus iuxta auctoritatem eis attributam, & ordines prouidebunt. Quod si quid per præmissos in concernentibus annonam factum fuerit, id ex nunc irritum sit, & innane: Vtentesq; ipforum, vel alicuius eorum auctoritate, vel licentia, de fraude per Magistratum irremissibiliter puniantur.

Capitanei autem in præsens sunt bladorum pro præmissis, & infra scriptis exequendis: Mediolanensis Dominij in Seprio vnus, in Martesana alter, quorum primus equites quatuor tenere debeat, & salarium annuum habeat librarum octo centum: alter vero totidem equites, sed habeat salarium librarum sexcentum; Et à Thesaurario super redditibus proueniētibus à Magistratu extraordinario, libras quatuorcentum. In agro Cremonensi vnus erit Capitaneus, qui equites sex tenere debet, & salariū annuum habeat librarum mille ducentum. In Agro Nouariensi alter, qui idem onus habeat, & totidem librarum mille ducentum salarium. Idem quoq; habeat Capitaneus agri Alexandrini. In agro autem quæ Lumellinā vocant, alius erit Capitaneus, qui equites quatuor tenere teneatur, & pro salario libras octo centum annuas habeat

Idem



Idem quoq; habeant ceteri quatuor Capitanei, videlicet Capitaneus Clastidij, Capitaneus agri Laudensis, Capitaneus Glareæ Abduæ, & Capitaneus Casalis maioris.

Erit quoq; Capitaneus Lacus Larj, qui nauem instructam tenere teneatur, & salarium habeat librarum mille centum, iuxta solitum exsoluendum,

Vt autem Capitanei prædicti, bona fide, & sincerè officia sua exercere possint, vnicuiq; ipsorū ea salaria constituta sunt, in quibus tamen cōputari debeant emolumenta, quæ ipsi pro molendinis & signatura iumentorum exigunt, solidos scilicet octo pro qualibet rota molendini; solidosq; duos & denarios sex pro signatura cuiuslibet iumentum; & etiam omnia alia emolumenta per Magistratum eis constituenda, pro licentijs mandato Magistratus concedendis, & deniq; omnia alia emolumenta ordinaria, ad eos, virtute ordinum, & instructionum, Magistratus pertinentia; exceptis tamen his, quæ ex consignatione licentiarum Magistratus, & ex licentijs, quæ per Magistratum de loco ad locum conceduntur, percipiunt, ac mobilibus domus, quæ nullo modo eis computari debeant: Quæ emolumenta, si ad deputatū salarium non ascendant, suppleat eis Magistratus, ex emolumentis ad Fiscum pertinentibus, ex causa inuentionum per eos factarum. Cōtrascriptores quoq; & Commissarij salarium habeant per Magistratum taxandum. §. NIHILQ; vterius præmissi exigere possint, sub pœna quadrupli, pro dimidia Fisco, reliqua accusatori applicanda.

Neminiliceat subdito, vel non subdito, cuiuscumq; sexus, & cōditionis sit, ex locis & territorijs mediatè, vel immediatè dominio Mediolani suppositis, nec per loca, & territoria dicto Dominio supposita, extra Dominium conducere, portare, nec cōduci, portariuè facere, frumentum, risum, legumina, nec aliquod aliud genus bladum, aut farinam, sine licentia, nec conducentibus, portantibusuè, auxilium, consilium, vel fauorem dare, sub pœna amissionis earum rerum, ac animalium, plaustrorum, & nauium, ac instrumentorum, quibus dictæ res veherentur: et vltra præmissa, sub pœna confiscationis bonorum, & alia pœna, vsq; ad vltimum supplicium inclusiuè, arbitrio Principis, vel Senatus.

Non liceat etiam, sine licentia, de vno districtu ad alterum districtum memorati Dominij, prædicta conduci facere, nec portari facere, vel conducentibus portantibusuè, auxilium dare, & vtsu præ, sub pœna amissionis bladum, risij, farinæ, & leguminum. Liceat tamen cuiuscumq;, de loco subdito alicui Ciuitati prædicta impunè

impunè, & sine licentia, per itinera recta, siue terrestria, siue fluuiatilia, prædicta portari facere ad Ciuitatem, cui locus subest, solutis tamen Dacijs, & pedagogijs solitis, & etiam liceat prædicta conducere per transuersum, de terra ad terram in eodem territorio existentem. Eoq; in casu intelligantur terræ esse eiusdem territorij, quando sint de eodem communi, & cum eo onera sustineant. §. LICET etiam in eo districtu de loco ad locum blada propria, nata super proprijs agris, conducere ad domum propriam habitationis impunè, & sine licentia, & etiam de vna iurisdictione ad aliam iurisdictionem, vbi habitationem habeat, dummodo non distet vltra quatuor millia passuum.

Prohibitum tamen est, ne prædicta conducantur ad aliquem locum, etiam eiusdem iurisdictionis, & districtus, qui prope sit confinia territorij Dominio Mediolani non suppositi, per quatuor millia passuum, vel tantum quod fraus præsumi possit, habita consideratione locorum, arbitrio Magistratus; nisi a Magistratu licentiam specialem habuerit, aliàs reperti in fragranti crimine prædicta amittant, vnà cum animalibus, vehiculis, & instrumentis, super quibus, & in quibus veherentur. Et vterius contrafaciens tribus iactibus æculei plectatur, & in alia grauiori pœna arbitrio Principis, vel Senatus, inspecta qualitate facti, & personæ.

Licet tamen habitantibus intra dicta loca prope confinia existentia, facta prius descriptione per Capitaneum illius Prouinciæ, impensis tamen Fisci, conducere blada, & legumina cuiuscumque generis, ex agris suis, ad domos eorum habitationis sine licentia. Ea tamen lege, ne ad aliud territorium conducant, Aliàs reperti pœna prædicta teneantur.

Mediolanum cuiilibet personæ liceat conducere & conduci facere, ex quacumq; parte Dominij Mediolanensis impunè frumentum, legumina, farinam, risum, & bladum cuiuscumq; generis, solutis tamen dacijs & pedagogijs, modò conducentes, per vias rectas conducant, & licentiam ab officiali illius prouinciæ obtineant, quæ gratis concedatur.

Hoc amplius, ciuibus, & incolis Mediolanensibus, sine licentia impetranda, facultas conceditur, cuiuscumq; generis blada, & risum, collecta in eorum agris, & possessionibus, vbilibet in Dominio Mediolanensi consistentibus, Mediolanum conducendi, modò per vias rectas conducant.

Extra autem Ciuitatem Mediolani omnibus liceat impunè, & sine

licen



licentia, panem exportare, & etiam modium vnum cuiuscumq; generis bladi, & risij, ad loca distantia, per decem millia passuum: Abinde autem supra non sine licentia Magistratus.

A partibus ultra padanis cuiuscumq; liceat conducere, & conduci facere omnem quantitatem bladorum, farinae, & cuiuscumq; generis, & speciei, ad ciuitatem Mediolani impunè, omniq; inhibitione, cessante, solutis tamen datijs. Ea tamen lege, vt conducere volentes prædicta a ciuitate Alexandriæ, & eius districtu, ac partibus circumstantibus, dictæ ciuitati non suppositis, licentiam obtineant a Capitaneo illius Prouinciæ. Hoc amplius, quod si per flumen Padi prædicta conducant, non solum licentiam obtinere habeant, quæ sine solutione, & incontinenti cõcedatur, sed etiam fideiussorem præstare, quod intra quindecim dies fidem facient dicto Capitaneo, quod prædicta in dicta ciuitate consignauerint. §. Idem seruetur in ea conducentibus a ciuitate Derthonæ, eiusq; districtu, & partibus circumstantibus. §. Pariq; modo seruent conducentes, ex Comitatu, & districtu Papiæ ultra Padum consistente, & licentiam a Capitaneo Clastidij obtineant.

Portitoribus, nautis quibuscumq; fluminum omnium huius Dominiij, & custodibus Pontium expressè inhibetur, ne aliquem conducentem risium, blada, farinam, vel legumina, transfretent, nec transire permittant, nisi secundum ordines, licentias ab officialibus ad id deputatis habeant, sub pœna trium ictuum funis, & maiori arbitrio Principis, vel Senatus imponenda. Quinimo præmissos si poterunt detineant, & Capitaneo illius iurisdictionis consignent. Qui secundum ordines, eos punient, data prius notitia intra triduum Magistratui: Et medietas pœnæ, in detinentes perueniat, reliqua Fisco applicetur. §. Si verò eos detinere non potuerint, incontinenti Capitaneo illius iurisdictionis denuntient, seu Magistratui, & denunciatori cum iuramento, & vno teste fide digno, credatur. Pœnaq; in tres partes diuiditur, vt duæ partes sint Fiscij, denuntianti verò reliqua cedat. §. Et non solum pœnis prædictis teneantur nautæ, portiores, & custodes Pontium, sed & molendinarij, & piscatores, pœnis tamen arbitrio Magistratus moderandis, inspecta qualitate negotij, & personarum. Portitoresq; prædicti, & custodes pontium, singulo anno apud acta Magistratus fideiubere teneantur, de seruandis ordinibus, pro summa arbitrio Magistratus taxanda.

Cæterum nautæ per Padum, Ticinum, vel Abduam, blada non cõducant sine speciali licentia, nisi illa conducant recto itinere, ad

ciuitatem Papiæ, & ibi exonerent, ad effectum ea consumandi in ea ciuitate, vel per rectas vias Mediolanum cõducendi. Quod si alio modo factum fuerit, nauta nauem amittat, & dominus blada, incurrantq; pœnas à legibus statutas.

Conducentes autem blada, farinam, uel legumina, & risum extra Dominium, etiam obtéta licentia iuxta ordines, non conducant nisi prius viderint licentiam in scriptis obtentam, quam secum deferre teneantur, sub pœna amissionis bladorum, & vtsupra, iumentorum, vehiculorūq; ultra alias pœnas a legibus statutas: In quam pœnā etiā incurrant conduci faciētes, & iumenta, ac plaustra, scienter huiusmodi cõductoribus locantes, vel cõmodātes. Non licitum sit etiam alicui personæ, aliquam quantitatem bladorum, farinae, vel leguminum, exportare ex aliquo loco, vel villa distante à Ciuitate Mediolani per millia passuum decem, & à nauigio magno, & terra Abiate per millia passuum quatuor, videlicet à terra & territorio Mazentæ inclusuè versus Mediolanum, gratia conducendi etiam in die mercati, ad oppidum Galatæ, nec etiam ad alia loca, tam in Ducatu, quàm extra, sine speciali licentia, sub pœnis præmissis: excepto tamen Mediolano, ad quod conduci per vias rectas, sine licentia permissum est.

Cæterum conducentes cum licentia blada, præter enses, aliqua alia arma secum deferre non possint. Alias reperti, carceri mancipentur, blada, & iumenta amittant, & his pœnis plectantur, ac si licentias non obtinuissent.

Nec etiam possint blada, vtsupra, conducere noctis tempore, sub pœna amissionis iumentorum, & bladorum: exceptis his qui per vias rectas, & consuetas, Mediolanum, & etiam ad alias ciuitates, conducerent.

Qui autē conducunt cū licentia, vtsupra, si ea abutatur, vtpotè, qui pluribus vicibus, vel maiore quãtitatē, quàm in licentia expressum sit, conducant, puniantur ac si licentiam non obtinuissent.

Molendinarijs impunè liceat conduci, & portari facere frumentū & blada, ad eorum molendina, causa molendi, & redacta in farinam, à molendinis reconducendi, dum tamen id de die fiat, & per vias vsitatas, & de locis vbi non sit manifesta fraudis suspicio: Et quod intra octo dies, a die exportati bladi numerandos, illud in farinam reconducant. §. Idem quoq; seruetur in alijs personis portantibus blada, & frumentum, ab habitationibus suis ad molendina. §. Teneantur tamē molendinarij, in principio anni apud Capitaneum suæ prouinciæ fideiubere de seruandis ordinibus,



& solitas licentias ab eo obtinere.  
His quoque molendinarijs prohibitum est, ne causa molendi acci-  
pant blada, in locis non comprehensis in licentia molendi, eisdem  
concessa. Nec etiam quod conducant granum de vno loco ad al-  
ium locum, sub colore licentiæ molendi, vel ad alium locum,  
aut alijs personis, quam ad eum, & eis, in quo, & à quibus gra-  
num acceperint ad molendum, sub pœna amissionis iumentorum,  
& bladorum, ac solidorum viginti pro quolibet stario. Et  
molendinarius pro sua familia teneatur.

Sub pœnis etiam præmissis prohibitum est dictis molendinarijs,  
& cuilibet de sua familia, ne emant, vel emiffiant, blada, farinã,  
& legumina in quouis loco, in quas pœnas etiam incurrant ven-  
dentes, nisi licentiam a Magistratu habuerint. §. Et item prohi-  
bitum est, tam ipsis, quam eorum familiæ, ita quod semper Do-  
minus pro familia teneatur; ne locent operas conducendi blada,  
his qui licentiam habent hinc inde conducendi, sub pœna amif-  
sionis iumentorum. Et vltèrius dominus bladorum ea amittat.  
Ne autem Datarij panis, vini, & carniùm, plebium, locorumq; hu-  
ius Domini, ex prohibitionibus præmissis iacturam patiantur,  
Capitaneus in quorum iurisdictione pistrina exercentur, habita  
diligenti informatione, unicuique pistrino taxet tantam quanti-  
tatem frumentis, uel farinæ, quæ pro usu vnius anni conueniat,  
& super huiusmodi taxatione, licentias singulis duobus mensi-  
bus concedat, & gratis fiant.

Tempore penuriæ, consulto Principe, vel Senatu, Magistratus An-  
nonæ eas prouisiones faciet, quæ utilitati publicæ conuenient.  
Contrafacientes autem præsentibus ordinibus, quilibet accusare  
possit, & accusatori credatur cum sacramento, & vno teste fide-  
digno: Et accusator tenebitur secretò si voluerit. §. Sit etiam au-  
thoritas, facultasq; omnibus, tam communitatibus, quam etiam  
singularibus personis, nõ solum accusandi vt supra, sed etiam de-  
tinendi quoscumque in fragranti crimine repertos, bladaq; instru-  
menta, animalia, ac vehicula, super quibus, & in quibus conduce-  
rentur, per vim auferendi, modò tamen officialibus deputatis illi  
prouinciæ cõsignent, & ablata, intra triduum Magistratui notificet.  
In omnibusq; casibus, quibus contrafacientes pœnam incidunt,  
pœna hoc modo applicetur, & diuidatur, videlicet, quod inuen-  
tori omnium repertorum in fragranti crimine medietas detur,  
altera verò medietas Fisco cedat, Confiscationis autem bonorũ  
seu compositionis causa dictæ confiscationis per Magistratum fa-  
cien-

cienda, tertiam partem inuentor habeat, reliquas Fisco. Vbi  
verò per inquisitionem procedatur, tertia pars delatoris sit, re-  
liquæ Fisco cedant. Hæcque pœnarum diuisio in omnibus casibus  
seruetur.  
Non tantum ad pœnas prædictas procedi possit, contra repertos  
in fragranti crimine, sed contra quoscumque, qui blada, & alia  
contra ordines conducant extra Dominium, vel propè confi-  
nia, vbi sit fraudis suspitio, etiam si non reperiantur, sed alijs pro-  
bationibus conuincatur: Modò id intra annum fiat a die com-  
missi delicti. §. Intra autem Dominium, nisi reperiantur in fra-  
granti crimine, nullo modo possit.  
Venditores verò bladorum scièter fraudatoribus, & cõductoribus  
bladorum, contra ordines, ea pœna, qua cõtrafacientes, teneatur.  
Capitaneus in iurisdictionibus ei commissis, describi faciat, per  
colorem, & signa omnia iumenta oneraria & vehicularia, & do-  
minorum nomina, & cognomina: eaq; candenti ferro, certo si-  
gno impresso, signare. §. Et vltèrius Capitaneus, in locis ab ho-  
minibus ipsorum locorum, iuxta solitum, expromissores accipi-  
at, se non passuros blada, & alia contra ordines, per sua territo-  
ria, nec extra conduci, sub pœna aureorum decem pro quolibet  
modio, Camera applicanda.

Studeant autem Capitanei & officiales, omni studio, & diligen-  
tia, officia eisdem commissa exequi, vt omninò hi ordines seruen-  
tur. Quòd si secus fecerint, indignationem Principis incurrant,  
& pœna arbitrio Iudicis imponenda, puniantur. §. Si verò do-  
lum commiserint, videlicet, quòd licentias fecerint præter quam  
in suis instructionibus continetur, aut patientiam præstiterint,  
cum prohibere possent bladorum, & aliorum exportationes  
contra formam ordinum; aut contrafacientes non punierint, bo-  
na omnia eorum publicentur, & capitali pœna plectantur, etiam  
vsq; ad mortem inclusiue, arbitrio Principis vel Senatus. Et pro-  
cedi possit etiam vltra annum, & quodcumque. §. Si verò licen-  
tias prædictas Capitaneus non concesserit: sed officialis ab eo ele-  
ctus, vel deputatus; pro eo Capitaneus præcisè teneatur, nisi eum  
Magistratui consignauerit. Et vltèrius teneatur omni diligentia  
vti, contra officiales a Magistratu, vel à principe deputatos.

Capitaneis quoque prohibitum est, ne pro licentijs, quæ per eos ex  
auctoritate eisdem attributa fieri contingent, quicquã accipiant  
nec accipere permittant, aliqua consuetudine in contrari-  
um non obstante: sed gratis concedant, sub pœna priuationis

*uenerunt blada fraudatoribus  
eo pœna quo contrafacientes  
teneantur.*



officij & aureorum decem, pro medietate Fisco reliqua delatori applicanda, cui cum iuramento, & vno teste fidedigno credatur. Caterum, vt omnes sciant quid soluendum sit pro licentijs obtinendis, sancitum est, ad hoc, vt impensa officialium eius Magistratus, quæ maxima est, persolui possit, in hanc formam solutiones esse faciendas: & ab eis solutionibus neminem quacunque dignitate fulgentem, esse exemptum. §. Et primò accipiens licentiam conducendi blada, de districtu vnius ciuitatis Dominii Mediolani, ad alium districtum alterius ciuitatis dicti Dominii, soluat pro honorario solidos duos pro qualibet salma. §. IDEM soluat conducens cum licentia in Ducatu Mediolani blada, vel panem frumenti, vel frumentatæ ad regiones montis Briantæ, Plebis Incini, Valasinæ, Leuci, Vallis Saxinæ, & ripariæ Leuci agri Mediolanensis vltra lacum Larium. §. PARI modo soluat qui conducere volent cum licentia blada ex Ducatu Mediolani sito citra Abduam ad loca glareæ Abduæ vltra Abduam dicti Ducatus. §. Et etiam qui conducent ex regione Nouariensi bladum, farinam, legumina, panicum, ad regiones Vallis Sicidæ, Ortæ, & ripariæ lacus Verbani, & terrarum circumvicinarum Ducalis Dominij. §. IDEM quoq; seruetur in accipientibus licentiam conducendi blada ex agro Cremonensi, a villa Iouis Altæ infra, ad partes superiores agri Cremonensis, & simili modo ad terram, & territorium Casalis maioris. §. EODEMQUE modo soluant conductentes cum licentia, blada, farinam, legumina ex agro Papiensi citra Padum, videlicet Lumellinæ campanæ Papiæ, tam inferius quàm superius, ad Loca Comitatus Papiæ vltra Padum existentia. §. Et qui ex agro Laudensi citra Abduam, blada vltra Abduam in agro Laudensi conducent. §. QUI verò licentiam accipient conducendi auenam, speltam, milicam, vitiam, & similia, pro honorario prædicto, solidum vnum pro salma soluant. §. SUBDITIS autem Dominij Ducalis, qui in vna iurisdictione habitant, & in alia iurisdictione dicti Dominij agros habent, licentiæ gratis, & sine aliqua solutione honorarii concedantur, conducendi, scilicet, partem suam dominicam fructuum ad eorum domos habitationis. §. Si quis verò licentiam acceperit conducendi blada, farinam, vel legumina, aut panem frumenti, vel frumentatæ, ex quacunque parte Dominij prædicti, ad loca eiusdem Dominij, existentia prope confinia dicti Ducalis Dominij, duo vel tria milia passuum, honorarium prædictum solidorum duorum pro salma, omnino soluat.

PROPRIVM munus Collateralis generalis est, iudicare in causis militum, ex causa militiæ, vel ab ea dependētibus; modò tamē non trahāt habitates extra Ducatū Mediolani, quādo summa causæ centū aureos non excederet, nisi lis inter milites esset, & ex causa militiæ. §. AD eum quoq; pertinet solutiones facere omnibus Præfectis arcium, eorumq; militibus, & alijs quibuscunq; militibus, in hoc Dominio existentibus, de eorum stipendijs, eorum militum nomina describere, diligentemq; rationē tenere. Et si quos milites minus habiles cognouerit, monebit primò eorum Capitaneum, ad quē electio spectat, per quem si prouisum non fuerit, erit Collateralis officij, Principem, vel Locumtenentem de his certiore facere.

Curare etiam habet, quòd custodes Portarum Ciuitatum ab ingredientibus non accipiant vinum, ligna, fœnum, paleam, fructus, nec quicquam aliud etiam à sponte dantibus, cōtrafacientesq; punire, pro prima vice in aureo vno, pro secunda in retentione Salarij trium mensium, pro tertia in iusticijs duobus eculei.

Cognoscet etiam de omnibus controuersijs, occasione venditionum, vel permutationum equorum, & cum ex locato vel conducto equorum agatur, quando alter ex litigantibus miles sit: Eamq; ob causam profoneta horum contractuum, tenentur antequàm in hoc se exercent se apud acta Collateralis describi facere, sub pœna aureorum decem, Fisco applicanda.

Prouidere quoq; habet, vt præter seruitores Communitatis Mediolani, omnes alij baruerij, & famuli Iudicentium Mediolani, per prius quàm se exercent in faciendis executionibus, apud eius acta se describi faciant, quia non nisi per descriptos executiones fieri possunt.

Et item cognoscat circa fraudes, quæ fiunt per famulos, executiones, in ipsis executionibus faciendis, Et quòd ordines, in eam causam facti, obseruentur. Et eius officij erit, eos contrauenientes punire iuxta eorum ordinum formam.

In præmissis omnibus iudicare habet summarie, & de plano, siue strepitu, & figura iudicij, ipsa facti veritate attendita.



L I B E R V S  
DE OFFICIO PRAEFECTORVM  
SANITATIS DOMINII  
MEDIOLANI.

SINGVLO anno ante festa natalicia, per Senatum eligantur singuli, ex singulis Magistratibus reddituum, scilicet ordinariorum, extraordinariorum, & annonæ, Colateralis vnus, & à collegio Medicorum vrbis Mediolani medici duo, quibus Senator praesit, à Senatu pariter eligendus, & cum his quotiescunq; opportunum fuerit Prothophiscus interueniat, habeantq; causarum auditorem vnum, ex Mediolanensi Collegio iuriconsultum, ab eis praefectis eligendum. §. Hi absolutam, & omnimodam auctoritatem, & potestatem habeant, in his scilicet, quæ ad eorum officium spectant, & quouis modo pertinent, subditis quibuscunq; huius Dominij mediatis, & immediatis imperandi, multandi, ac bonorum confiscationem ad sanitatis beneficium, necnon & quascunq; corporis pœnas, ad vltimum vsq; supplicium inclusiue iudicandi, & quoscunq; eorum mandatis, & ordinibus non obtemperantes, puniendi, seruatis, ac non seruatis ordinibus, & constitutionibus. Seuerius enim agendum est ad ea facinorosa comprimenda, quæ non solum oppido, aut Ciuitati perniciem parere, sed vniuersæ Prouinciæ, & humano generi, exitium afferre possunt. §. OMNES officiales, & iudicantes & praesertim Capitaneus iusticiæ, eis in praedictis parere habeant, & omni auxilio, & fauore vocati praesto adesse, & mandata exequi.

Hi salubri etiam tempore singula ebdomada conueniant, vt si quid fortè prouidendum fuerit, intelligant, & occurrant pestilenti verò tempore totiens quotiens visum fuerit. §. ERIT autem praecipua eorum cura, non solum si qua pestilentia subditos nostros infecerit, omni diligentia expurgare, & radicitus euellere, verum etiam omni studio eniti, vt ab vniuersis finibus huius Dominij procul arceatur. Vigiles itaq; sint, vt quamprimum innotuerit, regionem aliquam hoc pernicioso morbo laborare, edictis, & proclamationibus penas indicant, ne quis inde adueniens absq; ipsorum praefectorum

rum cognitione, fines huius Dominij ingrediatur, easdemq; hospitibus, ad quos diuerterint, cominentur: & si expedierit signa à finitimis ciuitatibus exposcant. Custodesq; traiectiis fluminum nauibus apponant mandentq; ne quempiam, sine incolumitatis fide, conuentoq; signo admittant. Prohibeantq; pœna capitali, ne quis quempiam aliter traiciat. Vrbium autem, & oppidorum quæ vltra amnes sunt aditus pariter obseruari iubeant. Quin etiã si expedire visum fuerit, vicos vallari mandent, vtq; dispositis custodiis neminem, cõtra praescriptos ordines, recipiant. Caueantq; summoperè in admittendis mercibus: moneantq; ideo oportuno tempore mercatores vt mercium, & suæ pariter incolumitatis afferant attestations, aliter non admittendos.

Ministros & officiales Conseruatores praemissi deputabunt, iuxta ordines, & ob demerita amoueant. Eosq; ordines, apud ipsum Magistratum existentes, per vniuersum Dominium, omni studio & diligentia obseruari faciant.

DE OFFICIO VICARIORVM  
GENERALIYM.

IN TER cetera quæ in hoc Dominio sancita sunt ad tollendas subditorum oppressiones, & vt iustitiæ indifferenter locus esset, illud in primis fuit, quod iudicantes, & officiales, qui perpetui non essent, finito officio, censuræ se subijcerent. Eamq; ob causam, erectus fuit Magistratus vicariorum generalium, constitutumq; est vt septem numero sint, qui eos iudicantes, & officiales de his quæ durante eorum officio gesta sunt, iudicare habent. Non tamen id facere possunt per se, sed prius habita à Principe, vel Senatu, speciali commissione continente nomen alterius eorum, & iudicantis iudicandi. §. QVA habita cum aplicuerint ad ciuitatem, vel locum, vbi iudicatus faciendus est, prima, vel secunda die omnes per edictum moneant; Vt quicumq; voluerint accusare iudicandum, uel libellum, aut querelam contra eum porrigere, id termino quindecim dierum faciant: eoq; transacto id eis amplius non licere. §. CAUSAMQ; ipsam iudicatus ad tardius intra quinquaginta dies, immediatè sequuturos post responsionem factam inquisitioni generali, seruato ordine de quo infra, expediant. Et hoc si iudicandi, iudicantes, vel officiales sint Ciuitatum: si verò aliorum oppidorum, & locorum, intra triginta dies, à dictæ responsionis numerandos. §. IN eisq; causis procedere



debet summarie, & sine strepitu, & figura iudicii, ipsa facti veritate inspecta, prout eisdem melius conuenire videbitur.

Non est permiffum dictis Vicariis, officia per substitutum exercere, nec etiam informationes assumi facere, sed ipsi praesentes esse, & interesse habent. §. **DVRANTEQ;** dicto sindicatu iudicis, vel officialis sindicati, officium exercere debent, & etiam post finitum, donec de successore prouisum fuerit. Nec ab eo loco discedere possunt, nisi successoris aduentu expectato. Interea q. salaria & honoraria eius officii, pro eo tempore percipient.

Iudicantes, & officiales, si reperti fuerint commississe (vt vulgo dicitur) baratariam, vel aliquid indebitè extorsisse, vel scienter & dolosè, vel per sordes, iniustitiam fecisse, puniendi sunt in pœna quadrupli, pro dimidia Fisco, & pro alia dimidia iniuriam passis applicanda, & pecuniaria, vel alia pœna corporali, etiam vsq; ad ultimum supplicium inclusuè, arbitrio Senatus, inspecta qualitate delicti. §. Et si comperti fuerint recepisse aliquid non permiffum, puniendi sunt in pœna quadrupli, Fisco applicanda.

§. **N**e ciuabit eos iudicantes, vel officiales, si facto initio sindicatus, vel ante, pecunias indebitè ablatas, uel assumptas restituerint, quia contra eos procedi debet, ac si earum restitutio facta non esset. Et in eandem pœnam incident, in quam non facta restituitio incidissent. §. **Q**uinimò etiam non conquerentibus iniuriam passis, erit officium Sindicatoris, ubi hoc aliunde rescieuerit, omnibus modis, prout eidem videbitur, ueritatem inquirere, & ea comperta, illum iudicem, uel officialem delinquentem condemnare, ac si pars conuicta fuisset. Et ille, cuius causa ueritas in lucem ueniat, secretò teneatur: Et habeat illud quod habuisset læsus, si querelasset. §. **S**i iudicens, uel officialis cum querelante conuenerit, ea conuentione non attenda; Vicarius sindicator ad inquisitionem ueritatis procedat. §. **I**nibitumq; etiam est ipsis Vicariis, & Sindicatoribus, ut nullo modo audeant attemptare, ut querelantes se cum iudicantibus, & officialibus conueniant, sub pœna arbitrio Principis, vel Senatus imponenda. Et nihilominus ea conuentione non attenda, iudicantes ipsi, & officiales, puniendierunt. §. **V**icarii, incepto sindicatu, ipsum perficiant in terminis superius limitatis, nec in eo super sedere audeant, nec aliquid cognoscendum reseruare.

Non possunt tamen Vicarii ad absolutionem, vel condemnationem, in causa ipsorum sindicatum denenire, nisi facta relatione in Senatu, & alio modo absolutiones, vel condemnationes facta non

valeant, sintq. nullæ, & nullius momenti.

Iudicantes, & officiales, a loco officii recedere non debeant, nisi prius fuerint legitime sindicati, & donec per eos omnibus ex quacunq; causa eorum creditoribus satisfecerint, & condemnationes contra eos factas soluerint, non obstante fideiussione in principio officii, vel alio modo data, sub pœna arbitrio Senatus imponenda.

Iudicantes, & officiales sindicandi, tenentur ad omnem condemnationem pro familia, nisi delatum, ex familia, intra terminum per Sindicatorem assignandum, consignauerint. §. Et eo amplius pro eis satisficere tenentur.

## DE OFFICIO CAPITANEI

IUSTICIARIE.

**E**T Si in hoc Dominio multi Pratores, & Iudicantes constituti sint, qui iurisdictionem criminalem exercent: tamen ex eo quod limitata est, nisi in tantum, quantum territorium ciuitatis, uel loci, commissæ eisdem iurisdictionis se extendit, usu cognitum est, nocentes facillimè pœnas corporales euitare, numerum ex hinc condemnatorum, & bannitorum augeri, à quibus uia publicæ obsidentur: turbariq. propterea comerca publica, & populorum quietem: & ideo opus esse Magistratu magnæ auctoritatis, qui in uniuerso hoc Dominio, iurisdictionem criminalem exercere possit. Ea propter erectum est officium Capitanei iustitiæ generalis totius huius Domini, qui Mediolani resideat.

Cui ut forti manu officium exercere possit, ad tutandas uias publicas ab incursione latronum, & bannitorum, & ad purgandum Dominium malis hominibus, decreta est turma equitum, impensis Fisci, & nonnulli pedites, quibus & ductores deputabit, & prohibito amouebit, & imperabit. §. **E**ligerq; sibi Capitaneus Vicarium iuris utriusq; doctorem, in eo officio permansurum, donec eidem visum fuerit, (per Senatum tamen approbandum.)

Capitanei, & eius Vicarii iurisditio: in causis criminalibus erit, (si tamen prius praueuant,) ubiq; in Dominio cognoscere hoc modo. Mediolani, & circa Mediolanum per decem millia passuum, in omnibus causis. §. **E**xtra uero eos limites, nisi in causis in quibus ingeritur pœna capitis naturalis, vel confiscationis bonorū: Et in aliis delictis, in quibus per capturam praueuiat. §. **I**n causis autem damni dati, nullo modo, nec in Ciuitate Mediolani,



nec in aliqua parte Domini, se intromittere possunt. Caesarum autem civilium Capitaneus, & eius Vicarius nullam cognitionem habent, nisi habuerint à Principe specialem delegationem. §. POSSUNT tamen cognoscere de causis Senatorum, Quæstorum ordinariorum, & extraordinariorum reddituum, Præfectorum annonæ, Thesaurarij generalis, Colateralis generalis, Commissarij taxarum generalis, Aduocatorum, & Sindicorum Fiscalium generalium, Vicariorum generalium Mediolani commorantium, Secretariorum, & cancellariorum, tam Principis, quàm Senatus, Rationatorum Fisci, nec non curialium in domo Principis, vel Locumtenentis residetium, vel qui ab eis prouisionem, aut stipendium habent. Et hoc siue præmissi omnes agant, siue conueniantur. §. Non poterunt tamen trahere inuitum ex alijs ciuitatibus, & districtu earum ciuitatum, ex causa quæ aureos centum non excedat. §. PROCEDENTQ. in ipsis causis Capitaneus, & Vicarius, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, ipsa facti veritate inspecta. §. CAUSAE instantiam non habeant. §. APPELLATIONES ab eorum, & cuiuslibet eorum sententijs, in casibus, in quibus appellari possit, ad Senatum deuoluentur. §. In eis causis Capitaneus, nec Vicarius, neq; sportulas, neq; honoraria accipiant. Curabuntq. Capitaneus, & Vicarius, vt notarij sui, & omnes officiales, ordines seruent: & in causis criminalibus, vltra id quod ex præsentibus sanctionibus sancitum est, pro sportulis, honorario, vel alio quouis quæsito colore, nec directe, nec per indirectum quicquam penitus accipiant. §. SINDICENTVRQ. quotiens Principi vel Senatui visum fuerit.

#### DE OFFICIO COMMISSARII GENERALIS TAXARVM.

COMMISSARII Generalis Taxarum equorum cura, illa imprimis est, exigere omnes pecunias taxarum equorum, & additionum earundem ad Fiscum pertinentes: Non tamen per se, sed per manus Commissariorum taxarum Ciuitatum, & locorum huius Domini. §. QUI particulares Commissarii, huic generali parere habent. Et in omnibus causis coram eis vertentibus recursus haberi potest ad Commissarium generalem. §. ISQ. Commissarius de eis pecunijs Fisco rationem reddere tenetur.

Co-

§. COGNOSCEAT insuper de omnibus causis taxarum equorum.

#### DE OFFICIO IUDICIS DATIORVM.

IN ciuitate Mediolani vnus erit Iudex datiorum, per Principem deputandus. Is cognoscat de omnibus causis datij, pedagij, vel gabellæ, vel alia occasione ab eis, vel aliquo eorum dependente, emergente, vel connexa. §. Nec aliquis alius iudicans de eis se intromittere possit, sub pœna aureorum centum: & vterius: processus coram eis facti sint irriti, & inanes, nulliusq. valoris & momenti. §. POSSITQ. & debet Iudex, omni excusatione remota, Potestates, Capitaneos, officiales, Castellanos, Custodes portarum, portitores, si aliquid commiserint in fraudem, & contra ordinem ipsorum datiorum, condemnare, & punire iuxta formam statutorum, ordinum, & constitutionum: & intra quatuor dies in scriptis condemnationes Fisco transmittere.

Appellationes ab eius sententijs, in casibus, in quibus de iure, vel ex forma harum constitutionum appellari non est prohibitum, ad Quæstos ordinariorum reddituum deuoluantur.

Is Iudex datiorum tribunal habeat super Pallatio nouo ciuitatis Mediolani, inhibiq. ius reddat. Nec alibi iurisdictionem exerceat.

#### DE REFERENDARIIS CIVITATVM.

REFERENDARIORVM officium pro vtilitate Fisci multum necessarium est: ea propter in vnaquaque ciuitate, Mediolano excepto, vnus Referendarius constitutus est. §. Hi igitur officium suum sincere, & diligenter exercebunt: & nullo modo pro exigendis debitoribus Fisci aliquid percipiant, in pecunia, uel alijs rebus, nisi in quantum eis ex lectura literarum dicti officij permittitur. Et illud amplius, nisi per prius Fisco fuerit satisfactum, vel per solutionem, vel per cautionem, quæ loco solutionis succedat: Alias in quadruplum teneantur, & ab officio amoueantur, absq; spe restitutionis, arbitrio Quæstorum ordinariorum, vel sindicorum habentium commissionem specialem à Principe. §. QVOD si aliquem concurrere, iniuriam afficere, aut indebitum exigere audeant, per eos

C v quæ



Quæstores, ultra restitutionem accepti, in quadruplum puniantur pro parte Fisco, & partim læso applicandum, & secundum qualitatem facti, & personæ, usque ad pœnam corporalem inclusivè. Referendarij dictarum civitatũ singulo mense, in fine tamen mensis, vel saltem intra decem dies alterius mensis sequentis, mittant. Quæstoribus notulam reddituum, & impensarum illius mensis. Eritq; officij Referendariorum, informationem habere reddituum, vectigaliumq; naturam noscere, & aliorum, ex quibus augeri, & conservari redditus possint: idq; omni diligentia & studio facere. Et eo maxime cum in civitatibus licitationes faciunt, in quibus faciendis omnino intersint Referendarij, adhibitis Fiscalibus illius civitatis, qui gratis interueniant. Easq; licitationes omni diligentia faciant, ad eum finem, ut Fiscus melior conditio fiat. Nec in eis per se, nec per submissas personas, participare possint, iuxta presentium constitutionum formam, sub pœna amissionis officij, & confiscationis bonorum. Et ulterius arbitrio Principis puniantur. Si contingat vectigalia per Referendarios in Civitatibus existentes licitari, hæ licitationes sono tubæ præmissio in locis publicis, & solitis fiant: Inibiq; etiam auctiones fieri, & deliberationes necesse est, non autem in locis secretis; Alioq; modo quam præmissio factæ, nullius sint momenti. Eoq; casu Referendarij, agentesq; & consentientes, ad omne damnum, & interesse, versus Fiscum teneantur, prout per Quæstores declaratum fuerit. Eoq; amplius arbitrio Principis puniantur. Facis licitationibus à licitatoribus, qui in licitatione vicerunt, Referendarij bonos, & idoneos facultatibus, & faciles conveniendo fideiussores exigant, pro quantitate summæ in licitatione expressæ: Ita quod Fisco cautum sit, alias ex suo versus Fiscum teneantur, (interesse per Quæstores liquidando:) Insuperq; arbitraria Principi pœna plectendi erunt, Eorum quoq; curæ commissum est, ut solutiones à debitoribus Fiscus fieri procurent. Et quod pecuniæ Fiscales Thesaurario generali deferantur. Et ubi contingat debito tempore exactiones factas non esse, Magistratum moneant sub eadem pœna. §. ONERVM vero quæ extra ordinem imponi contingant, rationes per ratiatores super uno libro distinctè, teneri omnino faciant, in quo & oneris qualitas, tempus solutionis faciendæ, & nomina debitorum, inscribantur. Ex redditibus Fiscus, vel ad Fiscum quomodolibet pertinentibus, Referendariis impensas facere non est permissum, præter illas

de

de quibus in principio anni licentiã faciendi habuerint, vel à Magistratu, scripto iussum fuerit, aut à Principe. Eoq; casu, cum Princeps iusserit, intra decem dies Magistratum de omnibus certiora reddant, alias eius Magistratus arbitrio puniantur. Cognoscant insuper Referendarij civitatum, in causis inter Fiscum & priuatos, & contra debitores publicanorum ex quacunq; causa, & debitores debitorum ex causa vectigalium tantum, & in omnibus causis datariis, summarie, & de plano, sine strepitu & figura iudicii. Et causæ instantiam non habeant.

## DE EXEQVVTORIBVS FISCI.

EXEQVVTORES Fiscus duo erunt. §. Hi ex natura sui officij, habent executiones contra quoscunq; debitores Fiscus facere, & item cognoscere de his quæ circa executiones incidenter emergerint. §. COGNOSCERE etiam habent inter priuatos circa executiones faciendas ex causa vectigalium, tam contra debitores publicanorum immediate ex qualibet causa, in quibus credita cessant non comprehendantur, (quia in his uti iure & foro cedentis debent) quam debitores debitorum ex causa vectigalis tantum. §. In alijs autem casibus, exequutoribus se intromittere interdicitur est, cuiuscunq; qualitatis sint, etiam si fuerit eisdem per aliquem iudicentem, aut officialem, quacunq; dignitate fulgeat, demandatum; nisi à Principe, Locumtenenteve, vel Senatu concessum fuerit sub pœna exequutoribus amissionis officij, & aureorum centum, Fisco applicandorum. Notarius exequutorum de alijs causis, quam in præcedenti constitutione expressis, se non intromittat, sub pœna ipsi notario, si contrauerit, vel exequutores contrauenientes, Senatui non notificauerit, amissionis notariæ, & aureorum vigintiquinq; Fisco applicanda. Vbi iuris articulus oriatur in causis præmissis priuatorum, exequutores altera partium petente, teneantur assumere consilium consultoris iurisperiti de collegio dominorum iurisperorũ Mediolani, partibus noti, & non suspecti. Et illud sequi necesse habent. Si exequutores absq; consilio diffinitivè iudicauerint, habeant pro honorario, unam pro centenario in totum. §. Si verò cum consilio, ultra salarium consultoris, habeant solidos viginti. §. Pro sententiis interlocutoriis, per eos sine consilio latis, nihil accipiant à partibus: de consilio autem ultra solidos decem non habeant.

Pro



Pro executionibus realibus, & personalibus faciendis, habeant exequutores ipsi pro honorario, semel, & à debitore tantum, facta executione, unam pro centenario in totum veri crediti: ita tamen quòd non excedantur aurei viginti. §. FAMILIA autem eorum id solùm quod sancitum est ex ordinibus. §. EXEQUutores contrafacientes incidant pœnam de qua supra. Famuli verò eorum pro quolibet, pœna aureorum decem plectentur: Ad cuius pœnæ satisfactionem si inhabiles erunt, arbitraria pœna Senatus punietur, toties quoties contrafactum fuerit.

DE OFFICIO RATIONATORUM FISCO.

RATIONATORES Generales duo erunt. Eorum officium illud imprimis est, omnium reddituum, & impensarum Fisco diligentem rationem tenere: Et superinde opportunas scripturas facere: curamq. adhibere ut singulis diebus à Thesaurario habeant, quid precedenti die eidem solutum fuerit, & impensum. Hæcq. omnia in vno libro rationatores scribant. §. Non nisi à Quæstoribus iussu literas dicent Thesaurario, (quæ mandata dicuntur,) easq. literas in eo libro describant. §. TENEANT insuper rationatores librum, in quo omnes assignationes scribantur, quæ iussu Principis fient.

Si contingat aliquas pecunias solui iussu Principis, absq; eo quòd id non fiat per manus Thesaurarii, curabunt rationatores quàm primum rescuerint, opportunas scripturas facere, ita ordinibus conformes, ac si verè, & cum effectu hæ pecuniæ per Thesaurarium numeratæ fuissent, aliàs Quæstorum arbitrio puniantur. §. His quoq; rationatoribus, ceteri rationatores Fisco in concernentibus officium pareant, in his maximè, quæ utilitatem Fisco concernunt.

Nemini libros rationatores, sine licetia Quæstorum, ostendant, aliàs eorum arbitrio puniantur. §. SERVAVNTQ. in scribendo ordinem, ut incepta in vno folio, in eodem, vel sequentibus continuant, & non per intervallum finiuntur. §. MINVSQ. (ut vulgo dicitur) portatas de persona ad personam faciant: Sed dilucidas rationes teneant, pœna arbitrio Magistratus irroganda, ultra amissionem salarii trium mensium, quotiens contrafecerint. §. Non facient etiam aliquem creditorem, vel debitorem Fisco, sine literis Magistratus, itaq; libros suos tenebunt eo ordine, ut clarè videri possint.

possit, qui sint debitores, & qui sint creditores Fisco, pœna arbitrio Magistratus imponenda.

DE MONETIS, ET IVDICE

MONETARVM.

QUI CVNQVE fabricauerit, vel fabricare incohauerit, aut fabricare fecerit, monetam falsam, etiam quòd non perfecerit, & qui auxilium, vel fauorem dictæ fabricationi dederit, puniatur pœna ignis, ita quòd moriatur, & confiscationis bonorum, pro tertia parte Fisco, tertia accusatori, & reliqua præfecto cudendæ monetæ huius Dominij applicanda. §. EXPENDENS verò, vel expendi faciens monetam falsam, puniatur arbitrio Principis, vel Senatus, etiam vsq; ad mortem inclusivè, considerata qualitate quantitatis monetæ, casus, & personarum. §. EADEM etiam pœna tenebitur qui ausus fuerit monetam auream, vel argenteam, quocunq; artificio, vel opera diminuerè, vel diminui facere, vel alio modo deteriorè reddere.

Interdictum est omnibus ne in vicorum domibus, nec alibi forpices habeant, & (ut vulgo dicitur) fornulos a vento, & crofolos, vel alia instrumenta apta ad tondendum, imprimendum, vel fabricandum monetam aliquam, sub pœna confiscationis bonorum, & etiam alia corporali, vsq; ad mortem inclusivè arbitrio Principis. §. HÆC tamen constitutio non comprehendit artifices & fabros, qui pro eorum artificijs necesse habent huiusmodi instrumentis uti: qui tamen si delinquent, eadem pœna punientur.

Nullus audeat secernere, nec secerni facere monetam Mediolani cussam, nec alias monetas, quibus ex ordinibus uti Mediolani permillum est, nec fundere, nec fundi facere; nec qui sciens, præmissis auxilium, vel fauorem dare, sub pœna confiscationis bonorum, & etiam vsq; ad mortem inclusivè, arbitrio Senatus.

Si quis aliquem rescuerit monetam falsam fabricare, vel fabricari facere, si Mediolani id actum fuerit, Iudici intra unam diem notificet: si extra Mediolanum, intra triduum, aliàs eisdem pœnis tenebitur.

Nemini permillum est facere formas, (quas stampas dicunt,) nec (ut vulgo dicitur) sponzonos, pro ipsis formis faciendis



dis ad eudendum monetam, siue eudenda in hoc Dominio sit, siue alibi, nisi primo id Iudici notificauerit, & ab eo licentiam obtinuerit, sub pœna confiscationis bonorum, & alia etiam corporali, vsq; ad mortem inclusiue, arbitrio Senatus. Monetarij huius Dominij non possunt extra Dominium laborare sine licentia, sub pœna priuationis officij, & alia pœna arbitrio Quæstorum ordinariorum imponenda.

Omnibus prohibitum est exportare, & exportari facere, extra aliquam ex ciuitatibus huius Dominij, nec Dominium Mediolani, aliquam quantitatem auri nec argenti in petiis, verghis, granis, nec monetis (vt vulgo dicitur) bolzonatis, nec etiam monetam exteram, sub pœna amittendi aurum, argentum, & monetam, animalia, plaustra, naues, & alia instrumenta, in quibus, & super quibus ueherentur, vel conducerentur, & etiam sub pœna dupli. §. Et intelligantur, in ciuitatibus, in pœnam incidisse hi qui sine notificatione pertransuerint locum, ubi officiales Datij mercaturæ commorantur. §. CONDUCENTES prædicta Mediolanum, termino bidui consignare teneantur, Præfecto monetæ Mediolanensis, sub pœna amissionis rerum, & dupli, & ad ingressum portarum notificare officialibus, sub eadem pœna.

Aurifices, & fabri non possunt emere argentum, nec aurum in petiis, verghis, vel grana, sine licentia Præfecti monetæ. Saluo quòd pro vsu suo, qualibet ebdomada, quilibet emere possit Marcas quinque bolzonaliarum. §. Si verò emerint argentum, aurumue fabricatum, ab vna Marca supra, teneantur eadem die Præfecto monetæ notificare, eumq; cautum facere, se laborando dictum aurum, & argentum consumpturos, si illi ipsi Præfecto vendere tenentur, nec alio modo emere possunt, sub pœna amissionis auri, & argenti, ac dupli.

Artifices, qui vulgo batifolia appellantur possunt pro vsu suo vsq; ad omnem quantitatem, argentum emere, modò tamen maiori pretio non emant quàm pretio limitato, & qualibet vice notificent Præfecto monetæ, cum nomine venditoris, sub pœna amissionis argenti, & ementibus, & vendentibus, aureorum quatuor pro marca, applicanda vt supra.

Prohibentes ne officiales monetæ possint inquirere huic sanctioni contrafacientes, ipso facto incurrant pœnam aureorum quinquaginta, Fisco applicandam.

Super præmissis cognoscendis, & exequendis, vnus est Iudex, qui

qui iudex monetæ appellatur, cuius cura est, vt ordines præmissi obseruentur, & exequutioni mittantur. §. Ab eoq; Iudice, vbi de pœnis pecuniariis agatur, recursus haberi potest ad Magistratum ordinarium, vbi verò de pœna corporali, vel confiscationis bonorum, non nisi prius re in Senatum relata ad condemnationem, vel absolutionem deuenire possit, iuxta aliarum constitutionum formam.

### DE ADVOCATIS ET SINDICIS FISCALIBVS.

Hodie Mediolani Aduocati Fisci tres sunt, & syndici totidem. §. In alijs verò Ciuitatibus duo erunt Fiscales, vnus Aduocatus, qui exterus sit, & vnus syndicus, vel exterus, vel de ipsa Ciuitate, prout Principi videbitur. §. In oppidis & terris, vbi iurisditio criminalis exercetur, vnus sit syndicus. §. His omnibus Aduocatis, & sindicis, salarium annuum concedens a Fisco statuatur, arbitrio Principis cuius etiam arbitrio officium durare habet.

Curabunt Fiscales omni studio, ea facere, tam agendo, quàm defendendo, quæ utilitatem Fisci concernant, & maxime vt per iudicantes causæ, & processus criminales, debitis temporibus inchoentur, & cum iustitia, & sine fraude expediantur. Et item quòd Antiani, & consules negligentes denunciare crimina, delicta, & excessus: & alia ad quæ tenentur, debitis pœnis puniantur: Quodq; condemnationes transmittantur ad Fiscum, & pœnarum exactio integrè fiat. §. Et deniq; eorum officium erit pro vitibus instare, vt bona malefactorum confiscata, vel cõfiscanda, iuxta ordines describantur, & nomine Fisci apprehendantur, vnà cum fructibus: beneq; aduertere ne in sinistram transeant: Quibus interesse etiam cum alijs officialibus possint, si voluerint. §. OPERVMQ; dabunt vt malefactores, banniti, vel rebelles detineantur, & in potestatem iudicentium consignentur. §. NECESSEQ; habent, maxime in grauibus, & atrocibus delictis, vnà cum iudicentibus, interesse examinibus quorumcumq; testium producendorum super denuncijs, querelis, & accusationibus, ac iudicijs & informationibus assumendis, & inquisitionibusq; formandis: Et tam ante litem contestatam, quàm ex post, tam ex mero officio, quàm alio modo etiam



etiam ubi non esset necessarialitis contestatio, sub pœna iudicentibus non requirentibus, vel non admittentibus, amissionis salarij trium mensium, & plurium, & pauciorum, inspecta qualitate delictorum, personarum, & lesione Fisci, arbitrio Magistratus extraordinarij. §. QVOD si alio modo testes examinati fuerint contra voluntatem Fiscalium, vel saltem vno eorum non nominato, aut citato, processus, nec eadem dicta testium, non valeant in præiudicium Fisci: & ulterius habeatur ac si per iudicentem, ad quem cognitio pertinet, commissus fuerit evidens dolus, in fraudem, & damnum Fisci. §. PROCESSVS Q. factus, & finitus, etiam per sententiam absolutoriam, non citatis offensis, & Mediolani saltem vno ex aduocatis, & alio ex iudicibus; & in alijs ciuitatibus, & oppidis, Fiscalibus ibi deputatis, sint nullius valoris, & momenti, ipso iure & facto, quod præiudicium Fisci, & quorum intererit. §. DENVO Q. possit procedi, & cognosci de eo crimine, delicto, vel excessu, ac si nulla sententia absolutoria lata esset.

Aduocati, & iudices bene aduertant circa denuncias, querelas, accusationes, inquisitiones, processus, & informationes, ne condemnandi absoluantur, vllaq. fraus, dolus, in præmissis committatur. Et ulterius in relationibus causarum criminalium Senatui iuxta ordines in scriptis faciendis per prætores, & iudicentes Ciuitatum, & locorum, se ei relationi subscribere necesse habent; tamen cum eis iudicentibus cõcordes fuerint, ubi autem dissentiant Senatui omninò moneant de causis disensus. §. IDEM seruare habent Fiscales Mediolanenses in his relationibus, quas uiua voce in Senatu faciunt.

Ad dictos quoque Mediolanenses Fiscales pertinet, relationes causarum criminalium, quæ Senatui ab officialibus transmittentur, in eo Senatu referre, secundum formam à præsentibus constitutionibus traditam.

Inquisitiones de animo deliberato formari non possunt, nisi vno ex Aduocatis Fiscalibus subscribente, in locis ubi adsunt Aduocati, sin minus Sindico.

Non debent Fiscales propalare directè, nec per indirectum in dicia contra eos assumpta, vel assumenda, acta, aut processus, deliberationes, condemnationes, quæ secreto teneri debent, siue ex natura causæ, siue ex iussu, siue ex harum constitutionum forma. Et deniq; nullum dolum, fraudem, in

eorum

eorum officijs scilicet committere, nec prece vel pretio moueri debent, sub pœna priuationis officii. Et ulterius puniantur inspecta qualitate delicti, arbitrio principis, vel Senatus.

Aduocati, & iudices fiscales, contenti erunt stipendio eisdem statuto, nihilq. accipiant ab eis, contra quos pro Fisco agant; & siue agant, siue conueniantur, sub pœna priuationis officii, & alia pœna, arbitrio Principis, vel Senatus imponenda.

Admittantur Fiscales per omnes Iudices, vt intendant expeditioni causarum, in omnibus causis in quibus agitur de interesse Fisci, vel ubi ingeritur pœna sanguinis, aliàs omnia nulla sint. §. Eoq; amplius Fiscalis in vna causa semel citatus, nisi absens fuerit, vsq; ad finem causæ semper citari debet. §. NOTARIQ. præmissorum, officialium non solum præmissis Fiscalibus patientiam præstare teneantur, vt inspiciant libros, querelas, accusationes, denuncias, inquisitiones, acta, & processus, rescripta, & quascunq; scripturas quotienscunq; etiam verbo, requisiti fuerint; etiam si non fieret examen testium pro condemnationibus, vel absolutionibus faciendis; sed etiam omne auxilium & fauorem impartiri habent, sub pœna aureorum decem pro quolibet contrafaciente, aut negligente, & qualibet vice, fisco applicanda.

Fiscales de alijs causis (nisi ad Fiscum spectantibus, & pro Fisco) se aliquo modo intromittere non possunt, agendo, defendendouè, sub pœna arbitrio Principis, vel senatus imponenda.

Non possunt etiam Fiscales cõmissiones ad iudicandum acceptare, nisi in causis quæ coram Magistratibus tractari contingent.

#### DE OFFICIO ET IURISDICTIONE DIVERSORVM IUDICVM.

PRAETORES, Commissarij, & alij officiales a Principe electi, nõ possunt ad ea officia admitti, nisi fuerint prius à Senatu tamquã idonei approbati, & idoneè satisfecerint apud acta Magistratus extraordinarij, se rectè munus sibi commissum administraturos.

Omnes Iudices intra tempus instantiæ causas expediant, sub pœna aureorum centum, pro quolibet, & qualibet vice Fisco applicanda.

Sciunt omnes Iudices ordinarij, sibi non esse concessum in causis eisdem delegatis, vel commissis, quæ alias iure ordinario ad eorum iurisdictionem spectarent, salarium accipere, sub pœna

D qua



quadrupli, Fisco applicanda, eiusq. facti rationem in sin. i. catu habendam esse, & etiam non expectato sindicatu pœna exigatur, & dimidium pœna notificanti detur.

Iudicentes diebus quibus iudicendum est, tribunalia ascendere debent mensibus Octobris, Nouembris, Decembris, Ianuarij, Februarij, & Martij, mane hora tertia diei, & in sero hora vigesima secunda: in reliquis autem mensibus mane hora consimili, vespere hora vigesima prima. §. NEC vltra horam residere in tribunali possint. Et postquam descenderint non est permillum pro ea hora, iterato tribunal ascendere.

Alienigenæ, vel forenses habitantes, vel habitaturi in ciuitatibus, vel terris huius Domini, cuius principalis origo fuerit aliunde, quam ex hoc Dominio, etiam si habitassent per annos sexaginta; & ad ciuitatem admissi fuerint, non possint exercere aliqua officia, quæ concernere habeant negotia illius ciuitatis, vel terræ, in qua incolatum habent, nec se de eis officiis intromittere, nec esse de numero antianorum, sapientium, deputatorum uè, seu præfidentium negociis eiusdem.

Prætores ciuitatum conducere secum non possint, nec tenere Vicarios, Iudices, collaterales, qui sint de ciuitate, vel eius territorio, vbi officium exercere habent.

Officia omnia biennialia sint; etiam si concessa sint ad beneplacitum, vel ad ulterius tempus; & exercentur per electum, & non per substitutum, nisi in casu impedimenti, quod si vltra mensem durabit, Senatus monendus est. §. HÆC tamen constitutio non comprehendit Senatores, Quætores, Thesaurarium generalem, Præfectos annonæ, Collateralem, Commissarium taxarum, Capitaneum iustitiæ, eiusq. Vicarium, eorumq. omnium Secretarios, ratiatores, & scribas, & aduocatos, & syndicos Fiscales. §. NEC etiã præmissi possint admitti ad illud officium, nisi lapso saltim biennio Commissarii, siue Gubernatores ciuitatum, & terrarum huius domini, plenam potestatem habeant, circa ea quæ ad bonam custodiam ciuitatum, & terrarum suæ fidei commissarum spectant, & statum Principis concernant, in cæteris verò se non intromittant.

Officiales ciuitatû, & terrarû, ab eorû officiis discedere nõ possunt sine licentia Principis, vel Senatus, sub pœna amissionis salarii.

Omnes iudicentes huius Domini sciant, eis permillum non esse præcepta generalia contra debitores concedere, nec aliquas executiones reales, vel personales, nec famulos in possessionem mittere, nisi in casibus a iure, & ex constitutionibus permillis. Et tunc

in

in eis eorum debitorum nomina & cognomina expressè apponenda sunt. Et in omnibus casibus necesse est, quod prius de vero debito legitime, & parte citata constet, sub pœna Iudici aureorû vingintiquinq; pro qualibet vice, & grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus, & parti, quæ eis præceptis, vel executionibus vtatur, aureorum decem, pro tertia parte communitatibus ciuitatum & locorum, pro tertia accusatori, & reliqua Fisco applicanda.

## DE ADVOCATIS MISERABILIVM

PERSONARVM.

MISERABILIBVS ad prosecutionem causarum suarum opportuna auxilia deesse non debent. Ideo sancitum est, vt Mediolani per Abbates collegii Doctorum, octo Doctores deputentur, qui per biennium curam habebunt causarum ipsorum miserabilium; ac omnia necessaria, & opportuna, quæ ad Aduocati, & consultoris officium spectabunt, gratis expediant. Et qui nunc eligentur, munus hoc statim inchoabunt, nec illud deferent, nisi post biennium, initio in sequentis anni inchoandum, & eorum quilibet assumptum interea pendendum causarum miserabilium patrocinium, etiam post biennii lapsum non relinquet, sed absoluet. §. ORDOQ. is seruabitur, vt qui causas habebunt necesse habeant adire Abbates ipsorum Doctorum, & causas contra eos motas, vel per eos mouendas, notificare. Abbatumq. officium posthæc erit, deputare ex electis Doctoribus, qui in singulis ipsis causis adiri debeant, & iuxta eorum decretum, Aduocati ipsi causas prædictas sincere, & cum fide tractabunt. §. IN ciuitatibus verò Papiæ, & Cremonæ, sufficiat ab Abbatibus, seu rectoribus collegiorum, tres Doctores eligi & in aliis ciuitatibus duo, qui reliqua seruabunt in præsentia constitutione sancita. §. Eo amplius sancitum est quod Abbates collegii Notariorum & ipsi causidicos eligant, & deputent ad causas miserabilium agendas & defendendas, modis præmissis. §. IUDICES autem ipsarum causarum, tam motarum quam mouendarum, & eorum consultores, iuxta ordines, quanto celerius expediant, & omni cura & diligentia tractent, idq. gratis faciant. §. QVOD si præmissi omnia hæc in præsentia constitutione sancita, aduersim non obseruauerint, sciant pœnam sibi iniunctam suspensionis officii eorum, per annum, & maiorem, arbitrio Senatus imponendam. §. MISERABILES autem hi intelligantur, prout ex aliis constitutionibus cautum est.

D ij Ll

*officiales discedere  
non possunt ab eorû  
officijs*



DE TUTELIS, ET CURIS.



T si iure communi, diuersis legibus, & constitutionibus videatur satis esse indemnitati minoru consultu, tamen crescente indies hominu malitia, vsu cognitu est multis fraudibus, quæ in damnum minoru comittebantur, occurrèdum esse. Eam ob causam sancitu est, quod aliquo decedente, relictis liberis in eius potestate constitutis, pupillis, vel adultis, non dato, vel nominato per eum in eius vltima voluntate, tutore vel curatore, (superstite eorum, vel alterius eorum matre, vel auia viduis) teneantur ille, vel illi, cui, seu quibus tutela ipsa tamquam legitimo, seu legitimis deferretur de iure, (si dicta mater, vel auia non forent in rerum natura) infra menses quatuor, post eius defuncti mortem denunciare matri, vel auia, (non existente matre vidua) an velint tutelam ipsam acceptare: & si infra mensem vnum, post factam denunciationem, suscipere uoluerit, tunc eam accipiat, dato idoneo fideiussore, tam facilitate conueniendi, quam facultatibus, aliaq. faciat & obseruet, quæ ius commune requirit. §. QVOD si fideiussor non erit idoneus facultatibus, pro eo teneatur Magistratus, qui eum fideiussorem acceptauerit, & mulierem ipsam in ea tutela confirmauerit. §. Si autem mater, vel auia, infra ipsum mensem non responderint vel nolle acceptare dixerint, vel postquam acceptassent, ad secunda vota transirent, vel alio modo desinerent esse tutrices: etiã per renunciationem factam apud acta Iudicis; in casibus in quibus renuntiare possunt; vel quando ipsa mater, & auia non adessent; his casibus, & quolibet eorum locus sit legitimo, qui vbi absq; aliqua legitima causa excusationis recusaret, compellendus est. §. Is legitimis teneatur promittere, obligare, & iurare secundum iuris dispositionem, ac idoneè satisficere, ita vt bene ipsi pupillo cautum sit. §. Et vbi ille cui tutela primo loco deferretur: non esset idoneus, nec fideiussores idoneos reperiret, idq. etiam iuramento affirmaret, & ita verisimile iudici videatur, inspecta qualitate personæ, tunc tutela dertnatur alteri propinquiori, secundum iuris dispositionem, qui tamen idoneus sit, satisficet, & faciat vsupra. §. QVOD si

Tutor exculatur a munere Tutelle propter paupertate. Et quod propter inopiam de exu- = ratione. Tutor et curat ubi glori in verbo impari in illi verbis explicat ad esse pauperem, et impari oneri, qui in laboribus est implicatus propter paupertate ut tutelle huius esse non possit in fronte in agro cui tota die esse oportet. Tutor exculatur propter duresiam ualitudine propter quod ne huius quidem negotiis interesse potest. Si ite propter eorum. huius et huius ibi: casus quibus Tutor uenit exculatur. et exculatur quando habet quinq; filios.

si

si casus euenit, quod in casibus præmissis dicto legitimo de facto, vsupra, tutela non decerneretur, tamen perinde teneatur, & obligatus sit, eiusq. bona obligata sint pupillo, seu pupillis, ac si expressè tutela decreta esset, & ac si eius bona pro ratione reddenda, & residuis, seu reliquis restituendis, & aliis pro quibus solent obligari tutores, obligasset. §. Si verò nullus legitimus reperitur, tunc procedatur ad datiuum, qui dandus est cum legitima inquisitione, & satisficatione, & per Iudicem, qui iurisconsultus sit, & non per alium. §. HAEC quæ dicta sunt in hac sanctione in tutoribus, & eorum fideiussoribus, locum etiam habent in curatoribus aduulorum, furiosorum, mentecaptorum, hæreditatis iacentis, bonorum absentium, ventris prægnantis, & similibus, quibus prouideri de curatore debet. §. TUTORES & curatores inuentarium seu repertorium facere tenentur, non obstante quacunq; liberatione, nec prohibitione per testatorem facta. Et insuper in ea confectioe inuentarij in hanc formam iurabunt, se omnia, de quibus notitiam habent, in eo describi fecisse, nec eorum scire, vel credere aliud fore in bonis, vel iuribus ipsius minoris, vltra in ipso repertorio descripta.

Tutores, & curatores generales, tenentur antequam se in administratione ingerant, registrari facere instrumenta tutelæ, aut curæ, Mediolani, ad officium Panigarolarum; & alijs ciuitatibus, ad loca solita, sub pœna aureorum quinquaginta, pro dimidia communitati illius ciuitatis, & pro altera dimidia Fisco nostro applicanda.

Et quia plerunq; euenit, quod datio vel deputatio tutoris, vel curatoris generalis, ita commodè fieri non potest, intereaq. creditores, & qui contra minores lites mouere, vel prosequi habent damna patiuntur, ideo sancitum est, præmissos, & omnes cum minoribus litigare volentes, vel litem prosequi vsupra, id facere possent citatis duobus proximioribus agnatis, sanguine coniunctis ipsi minori. Quod si vnus tantum sit agnatus, citetur agnatus ipse, & vnus cum eo vnus cognatus proximior. Quod si nulli agnati fuerint sanguine coniuncti, citandi erunt duo cognati proximiores. Hisq. hoc modo citatis valeat iudicium, ac si cum legitimo tutore, vel curatore actum esset. §. TENEBVNTVR tamen ad indemnitate minorum, & ad pœnas à iure, & ex constitutionibus cominatas hi, ad quos tutela vel cura, de iure spectat, ac si tutelam vel curam suscepissent, & bona sua obligassent.

Reuocari in iure

Tutores debent facere inuentarium non obstante

juramentum

uolentibus litigare ad minoribus

УЧЕНИКОВА



NE lites fiant penè immortales, & vt utilitati subditorum quantum possibile est consulatur, hac sanctione constitutum est omnes causas civiles, & ciuilitè motas, vel mouendas, siue ordinarias, siue delegatas, in hoc Dominio non vltra quadraginta dies vtilis, à die cœptæ litis numerandos, protrahendas esse. Cœptæq. lites intelligatur petitione porrecta, in actisq. dimissa, & parti legitimè intimata. §. SED omnes iudices, etiam delegatos, debere intra dictum tempus causas cognoscere, & terminare, seruatis statutis ciuitatum, & locorum, huic sanctioni non contrariantibus, remotis cauillationibus, & friuolis exceptionibus quibuscunq; sub pœna aureorum centum, Fisco applicanda, ipsoq. iure incurrisse intelligantur, eo ipso quòd causa parte instante, & debitas sportulas soluente, vel deponente penes notarium causæ, non fuerit in eo termino expedita, exceptione aliqua non obstante, Quòd si Iudices legitimam excusationem differendi prætendant, eam coram Senatu, ante finem instantiæ, deducere habent. §. HÆC tamen constitutio locum non habet in causis coram Senatu, vel Senatoribus, Quæstoribus ordinarijs, extraordinarijs, Capitaneo iusticiæ, Præfæctis annonæ, conseruatoribus Sanitatis, Collateralibus, & executoribus camera, vertentibus. §. Et vterius causas fiscales non respicit. §. Nec etiam ad causas datarias, nec mercatorum ex causa mercaturæ, nec proclamationum pro bonis per priuatos ad proclama positis pertinet, quia particularia statuta sua, & particulares ordines seruandi sunt, nec ad alios casus, quos ex constitutionibus cautum est instantiam non habere. §. Non etiam habet locum in causis compromissorum, quæ de voluntate partium fiunt, quia quod conuenerit inter partes seruandum erit. Quòd si nullum tempus expressum sit, habeant eam instantiam, quam causæ compromissorum necessariorum habent. §. LIBELLVS, seu petitio qualiscunq; sit, ipso iure admissa esse intelligatur, dummodo actoris, & rei personas contineat, & item quantitatem, remq., vel ius, quod petatur, & petitionis causam. §. QVA petitione porrecta, & parti intimata, statutus sit, & esse intelligatur ipso iure terminus vnus diei vtilis sequentis reo ad deliberandum, eiq. petitioni respondendum: Quo elapso, siue responderit, siue non lis pro contestata habeatur, & immediatè statutus sit, & esse intelligatur terminus

*si iud. habeat excusat.  
legitima differendi causæ,  
saluat illud deducere  
ad Senatum ante finem  
instantiæ*

*Petitiones et libelli*

mus actori, & reo, quindecim dierum vtilium, petendi, excipiendi, opponendi, probandi per omne genus probationum, ac producendi, & ostendendi quicquid partes ipsæ voluerint. Quo finito, quæcunq; in eo termino agitata, producta, & ostensa, intelligantur, & sint ipso iure, publicata, ita vt de eis fiat copia, si petita fuerit. §. HABENT dehinc partes ipsæ terminum dierum decem vtilium, immediatè sequentium, ad reprobandum, & impugnandum quæcunq; producta, probata, & ostensa in eo termino. Et si aliqua partium in ipso termino reprobatorio, articulos, vel capitula produxerit ad reprobandum probata, vel producta per alteram partem in primo termino, liceat illi parti, contra quam producta fuerint, & alii cuius intersit, coadiuuare per legitimas probationes producta, & ostensa in primo termino. §. His decem diebus vtilibus finitis, quæcunq; agitata producta, & ostensa in eis, intelligantur ipso iure & facto, publicata, & de eis copia partibus, si petatur, facièda est, & processus vtriusq; partis intelligatur, & sit publicatus. §. OMNIA hæc in præsentis sanctione constituta, locum habent etiam in causis, quæ per rescriptum Principis, per quascunq; clausulas summarie fiunt, in quibus tamen breuiore termini, & dilationes ad probandum, reprobandum, & per Iudices statui possint, & si statuti non fuerint, ipso iure statuti esse intelligantur, & currant termini superius limitati.

His peractis, Iudicentes, siue ordinarii, siue delegati, ad partium requisitionem, seu alterius earum, teneantur infra dies duos vtilis immediatè sequentes ipsos terminos, eam litem seu causam committere vni Doctori confidenti partium, de collegio iurisperitorum illius ciuitatis, in qua, vel eius districtu, lis agitari contingat. Quòd si aliqua pars recuset, vel contumax sit ad dandum suos confidentes, & tot, quòd in vnum conueniri possit, Iudices causam committent vni ex confidentibus alterius partis, suos producentis, & non contumacis. §. DANDIQ. sunt per partes solummodo confidentes, & non suspecti, residentes illius ciuitatis in qua, seu cuius territorio lis agatur, si sibi copia erit, sin minus, de aliis residentibus in vna ex ciuitatibus proximioribus, modò in omnem casum non committatur officialibus habentibus salariū de publico, sub pœna nullitatis. §. QUI confidens omnibus iuris remedijs, incontinenti, commissionem ipsius causæ acceptare cogatur, & iurare tenetur, quòd rectè & iustè consulat in causa sibi commissa, Deū semper præ oculis habendo, eiusq. tremendum iudicium expectando, idq. iuramentum in actis causæ redi-

*post pet. is. diei  
termini*

*is. dierum ad repro-  
band.*



gendum est. §. Hic confidenti electo, intra decem dies post factam commissionem, partes deferre tenentur omnia iura, super quibus iudicandum est, specifica, & in forma fidem faciente, ultra quem terminum, alia iura exhibere non possint sine dispensatione Principis, vel Senatus, qui nouam dilationem, nisi ex legitima causa, non concedet. §. His iuribus visis, & diligenter consideratis, auditisq; allegationibus, quæ per partes, & eorum aduocatos fieri voluerint, teneatur & debeat is confidens causæ Commissarius consilium suum in scriptis, manu sua propria subsignatum, præsentare, vel præsentari facere Iudici coram quo lis vertebatur, ante finem eorum quadraginta dierum vtilium. De qua præsentatione per notarium causæ in actis expressa mentio facienda est. Iudexq; teneatur, & debeat ad eius consilii formam, sententiam definitiuam proferre, & publicare. Quæ pronuntiatio, & publicatio, ipso iure facta esse intelligatur, si Iudex causam proferre & publicare omiserit. §. POSSUNT tamen iudicantes de per se, & absq; consilio, causas decidere; si non petatur consilium tempore debito; quod peti debeat intra decem dies vtilis, post litem contestatam, vel habitam, pro contestata. Eoq; casu, & ipsi iurare, & alia facere, modo quo supra, tenentur. Nullumq; præterea salarium, seu emolumentum percipiant, sub pœna quadrupli fisco applicanda. Et quandoq; ob eam causam sindicari possunt. Hocq; seruandum est etiam vbi Iudex ordinarius sit etiam delegatus in causis, quæ ad eum iure ordinario spectarent.

Omnes Iudicantes & commissarii teneantur eorum sententias, & consilia proferre, & dare in scriptis, clarè, & apertè, & in omnibus causis omninò condemnare partes succumbentes, in omnibus expensis factis in causa, secundum determinationem iuris, nisi habuerint iustam causam litigandi: Quo in casu si absoluerint, teneantur cum iuramento exprimere causam specificam, in sententia, seu consilio, sub pœna duplicatarum impensarum, in quâ incurrant ipso iure, & facto, quarum medietas applicetur Fisco, & altera victori. §. Vbi verò Iudices, & vtsupra omittant condemnationem, vel absolutionem impensarum, ipso iure & facto, victus in expensis condemnatus esse censeatur.

Et quia quandoq; contingit in his causis civilibus partes habere vel testes absentes producendos, vel instrumenta, aut scripturas existentes extra territorium, illius ciuitatis, vbi lis agitari contingat, ideo sancitum est, quòd si vna partiū nominauerit aliquos testes per nomina, & cognomina, & loca in quibus habitant, vel

in-

instrumenta, aut scripturas, quos vel quas, asseruerit habere extra territorium illius ciuitatis, vel loci, vbi lis agitari contingat, & eis, vel aliquo eorum indigere ad probationem sui iuris, iuraueritq; per se, vel procuratorem etiam generalem, quòd id non facit dolo, nec per calumniam, nec in fraudem, nec animo protelandi eam litem, sed credens eis nominatis, vel aliquo eorum indigere, ad probationem iuris sui, tunc iudicens, siue ordinarius, siue consultor, aut arbitrator, coram quo lis vertitur, teneatur, & debeat, nominanti terminum competentem secundum distantiam locorum, & negotii qualitatem, statuere, qui tamen tringinta dies vtilis non excedat, ad probandum per ipsos testes, & eorum attestaciones præsentandum, instrumentaq; & iura nominata producendum. §. QVA nominatione sic facta, & quo termino durante, nò currat terminus, nisi, quò ad probationes præsentantes per vtranq; partem faciendas, nec etiam currat instantia ipsius causæ, ita tamen quòd ea nominatio non admittatur, nisi fiat ante quinq; dies vtilis termini probandi, vel reprobandi, & in quocunq; eorum. §. DVRAnteq; termino nominanti dato, possit aduersa pars nominationem testium, instrumentorum, & scripturarum modo præmissis facere, dum tamen faciat ante lapsum dimidiæ partis termini, & temporis dati alteri nominanti. Statuaturq; residuum termini primo nominanti statuti ad probandum, & producendum, vtsupra, secundo nominanti. §. QVA nominatione sic facta per alteram, vel vtranq; partem, vtsupra, eidem nihil addi possit, nec alia noua nominatio fieri per eum qui iam nominationem fecisset.

Si contingat causam introduci in Senatum, eius causæ instantia non currat, postquam fuerit in Senatu introducta. §. PER hoc tamen iudicibus non est prohibitum, quominus lapsis diebus ex ordinibus limitatis, ad eorum ordinum formam in causa procedere, & ad expeditionem deuenire possint.

Et quia sæpissimè contingit causas in eo termino quadraginta dierum vtilium expediri non posse, vel ob maximas iuris difficultates, vel partium incuria, aliisq; diuersis ex causis. Ideo vt vtilitatis litigantium consulatur, sancitum est, si partes concordantes fuerint instantiam causæ civilis prorogare, concedenda est prorogatio, modo & forma, prout petent, dum tamen spontè, & liberè consentiant, & ipsi prorogationi se subscribant principales, nisi essent absentes, vel valetudinarii, aut mulieres, vel pupilli, vel ex eo genere hominum qui scribere nesciant,

D v aut

*Consilium sapienter peti  
dabet intra decem  
dies vtilis post litem  
contestatam*

*habes iustam causam  
litigandi non debet  
condemari in expensis,  
et Iudex aliquis  
absoluitur ab expensis  
debet cum iuramento  
exprimere causam  
specificam in sententia  
subpenas et ubi  
omittatur in  
sententia, reus  
in illis expensis  
esse censeatur*

*terminus dandus  
haberi iudicibus  
extra jurisdictionem  
non excedere debeat  
30. dies vtilis*



aut petere non possint: Pro his enim procuratores constituti, petere, & subscribere poterunt. §. Quòd si prorogationes sine præfixione temporis de voluntate partium concedantur, ad alterius partis petitionem terminus præfigatur, qui mensem non excedat. §. Vbi utriusque partis consensus ad prorogandum instantiam non accedat, sed altera partium tantum petat causam prorogari, duæ prorogationes unius mensis pro singula concedi debent: si tamen Iudex, & pars, se prorogationi subscribant, & iureiurando affirmant specificè, & in hanc formam, videlicet, quòd non per calumniam, & ut res protrahatur, sed ex necessitate causam prorogari postulant, & quòd prorogatio est necessaria pro cognitione, & decisione causæ, iuramentumq. hoc præstandum est vel in manibus notarii ad id rogati, vel Cancellarij Senatus ad id deputati, sufficiatq. si id fiat intra duos dies a die petitionis, & per procuratorè ad causas generalè prestari poterit, aliter prorogationes factæ non teneant, & Iudex ad interesse partis, arbitrio Principis, vel Senatus, teneatur. §. Vna quoq; suspensio instantiæ unius mensis concedatur, & duæ quatuor dierum, si in civitate fuerit lis, si extra, duodecim dierum concedantur, iuramento tamen præstito, modo in prorogationibus concedendis expresso. §. Hæc prorogationes à die finis instantiæ incipere habent. §. Quòd si præter præmissas prorogationes aliæ à Principe, vel Senatu petantur, exprimi debet in specie causa, ob quam petantur. Et si dicatur ex eo quòd Iudex non sit clarus, exprimat in specie, causa quare non sit clarus, & tam pars supplicans, quam causa Commissarij, teneatur se supplicationi subscribere, & iurare causam expressam veram esse, cum hæc nisi ex causa urgente, & valde necessaria concedendæ non sint, sub pœna Iudici falsum iuranti arbitrio Senatus imponenda. §. INSTANTIA tamen stabit in suspensio à die porrectæ supplicationis, vsq; ad concessas, vel denegatas prorogationes, modò non excedat dies ex alijs constitutionibus limitatos.

Tempore quadragesimæ, & Letaniarum, duo dies non feriantur in honorem Dei, & sanctorum, habeantur pro vna die utili.

In citationibus, vel præceptis, quorum causa quis comparere tenetur, dies præcisa apponenda est, cum nomine diei, & quoto die mensis & hora præcisa, in tertijs, vel in vesperis, alijs præcepta & citationes nullius sint valoris, & momenti.

Ne processus causæ differatur, sancitum est, quòd omnes exceptiones, replicationes, & triplicationes, dilatoriæ, declinatoriæ, per-

remptoriæ, & cætera, cuiuscunq; generis sint, de quibus non sit cognitum, & decisum inter partes, sint saluæ utriq; parti in fine litis, tempore disputationis faciendæ. §. Quæ quidem exceptiones reiectæ intelligantur, si de ipsis in sententia vel pronuntiatione super causa principali faciendâ non fuerit facta mentio.

Positionibus per partem producendis, teneatur altera pars respondere ad terminum per Iudicem assignandum, clarè & aperte, affirmando, vel negando, de scientia, vel credulitate, sine vlla conditione, suppletionem, vel protestationem, alioquin positiones pro confessis habeantur.

Si quis in causa instrumenta vel iura produxerit, ad alterius partis instantiam, & cuius interest, per prius iurantis se non dolo, nec per calumniam petere, idq. in eadem causa, vel abinde dependenti fiat, cogatur omnibus iuris remedijs, etiam per pœnas & multas, ac per personæ detentionem, ad ea instrumenta, & iura, iterato exhibendum.

Vbi contingat litem contra absentem moveri, facta fide summarie iudici, citatum absentem esse, Iudex statuatur citato terminum ad comparandum per se, vel procuratorem, ad rationem diei unius pro singulis viginti millibus passuum, eundo, & redeundo vbi sit certum vbi sit, vbi autem ignoretur, arbitrio iudicis, modò mensem non excedant. Dehinc currere tempora eis constitutionibus limitata incipiant.

Iudices cogere habent, & debent testes ad iurandum, & veritatis testimonium perhibendum, sub pœna testi inobedienti aureorū decem, & plus, & minus, arbitrio Iudicis, inspecta qualitate facti, & conditione personarum, pro dimidia Fisco, & pro residua parti applicanda, quæ pœna per Iudicem causæ exigatur.

Non admittunt debent Iudices aliquem libellum exhibitorem, seu præventorium, quacunq; causa, nec eius occasione executionem differre, vel omittere, nisi prius producat (si id quod in ipso libello deducatur, fuerit intra valorem librarum centum) penes personam idoneam per Iudicem eligendam, libras decem deponat, exinde vsq; ad valorem librarum ducentum, libras sexdecim, & à ducentis vsq; in quingentas libras viginti quinque, & abinde supra, quadraginta libras, quæ parti in casu succubentiæ detur.

Si per apparentem primæ facie debitorem, vel eius heredes, aut legitimum eius procuratorem, contra impetratas, factasve in eos, eorumve bona executiones, contradicere cõtingat, sancitum est, quòd producto per creditorem instrumẽto, seu chirographo



verificato, præfixus sit ipso iure debitori terminus quindecim dierum vt ilium probandi, & probatum habendi quocunq; probationum genere, quicquid contra ipsa instrumenta, & chirographa velit, ipsoq; termino præterito, nec solutione probata, aut quare ad ipsam solutionem non teneatur, iuris omnibus remedijs, omni prorsus exceptione postposita, etiam non obstantibus statutis ciuitatum, & locorum, de sapientibus dandis, cogatur debitor alia absq; monitione, & omni appellatione remota, ad ipsi creditori satisfaciendum. §. Quoniam si de parte solutionis, aut non debendæ partis eiusdem, sit probatum, ad residuum soluendum debitor compellatur. §. Satisfacto vero creditore, si infra triginta dies vtiles, à die solutionis numerandos, debitor indebitè exactam pecuniam, vel indebitum solutum probauerit, quæ tamen probatio admittitur ipso iure censeatur, cogatur creditor ad duplum eius, quod indebitè exactum erit, restituendum nisi in credito alijs successerit, & de eius mala fide non appareat, quo casu, ad exactum indebitè tantum teneatur. §. Per hanc tamen sanctionem non tolluntur alia remedia, tam creditoribus, quam debitoribus ex statutis ciuitatum, & locorum competentia. §. Huius tamen constitutionis beneficio vti non possint forenses, non suppositi iurisdictioni eius Iudicis, coram quo vti uoluerint, nisi ante omnia, parte citata, subiiciant se iurisdictioni illius iudicis, & renuncient priuilegio fori, idoneumq; fideiussorem præstent suppositum iurisdictioni illius Iudicis, de præmissis omnibus adimplendis, ac expensis soluendis.

Quotiens à Principe, vel Senatu, aliq; dilationes in causis ciuilibus petantur, quam ex præsentibus constitutionibus cautum est, cuncti sciant necessitatem impositam esse, vt in præcibus exprimant causam in specie, quare dilatio petatur, & supplicationi se, tam Iudex quam pars, subscribat, & iuret, Iudex scilicet de crudelitate, pars de veritate, sub pœna parti falsum iuranti, falsi iuramenti, de quo possit querelari dumtaxat intra mensem, & ulterius aureorum decem, pro dimidia parti, & pro residua Fisco applicanda. Et eo amplius, in eis precibus facienda est mentio, si quæ alia dilatio concessa fuit, & de dilationum obtentorum numero, aliàs non valeat dilatio ad beneficium impetrantis,

Qui calumniosè causas in Senatû introducent, vel dum audiuntur, vel in alijs expeditionibus, in omnibus expensis, ea de causa per alteram partem faciendis condemnentur, & ulterius arbitrio Principis, vel Senatus puniantur.

DE

Si fuerit causa, lis, questio, controuersia, vel discordia, inter ascendentem, & descendentem, vel inter agnatos, vel cognatos, affinitate præsentem, vel præteritam, teneatur, & debeat quilibet iudicatus aditus per aliquam partium, easdem partes cogere ad compromittendum in amicum, seu amicos cõmunes, communiter eligendos. Hæc quoque petitio compromissi fieri debet intra decem dies continuos a die litis contestatæ, vel habitæ pro contestata, nec ultra dictum tempus fieri possit. In eaq; compromissi petitione, petens nomet arbitratorem suum suppositum iurisdictioni illius iudicis, coram quo petitio facta erit, aliàs sit nulla, nulliusq; effectus, & momenti. §. PETITIONE, & nominatione modo præmissis factis: Iudex alteri parti terminum competentem statuet ad arbitrum nominandum, & compromissum faciendum de ea lite, quæ vertitur, de iure, & amicabili compositione, & per publicum instrumentum. §. Si autem aliqua partium negligens, aut renitens esset ad faciendum compromissum, seu partes ipsæ compromissum non fecerint, teneatur Iudex eo casu, compromissum facere apud eius acta, vel per publicum instrumentum, in arbitrum, vel arbitros nominatos, possintq; partes, earum bona vicissim obligare pro arbitramentorum faciendorum obseruatione, & insuper pœnam adicere, vsq; ad eam summam, quæ inspecta re & personarum qualitate, ei conueniens videbitur: habeanturq; pro apposis clausulæ continentes hinc inde solemnem stipulationem, renunciationes, pacta executiua, reliqua deniq; omnia, quæ in compromissis apponi solent. §. INSTANTIA causarum compromissi duret per id tempus quod in alijs causis ordinarijs & delegatis, præfixum est. §. ACTA & arbitramenta per quemcunq; notarium rogari possint.

Si contingat in eis compromissis necessarijs, seu voluntarijs, propter eorum arbitrorum discordiam tertium assumi, eo casu priores arbitri, seu arbitratores à iudice electi, vel à partibus vt supra, se amplius intromittere non habent, sed solùm tertii auctoritati pareatur, valeantq; arbitramenta ac si per omnes lata fuissent. Et si contingat priores arbitros salarium, vel partem eius habuisse, restituant partibus. §. A' QVORVM præceptis, arbitrijs, vel arbitramentis, inter præmissas personas factis, non possit appellari, nec querelari, sed elapso termino

in

ad forma statuti Papæ  
23: in ciuil. potest. per  
reuelat. ad arbitrium  
boni viri a libris 200  
Papæ supra, sec. d. summa  
infra hinc

Debitum indebitè  
solutum

De fideiussione  
de statuto et pœna  
iuri ac iudicium  
soluendi

Iuramentum præstatum  
dum quando  
petitur dilatio



in eis appposito, (si appositus fuerit,) sin minus, triginta diebus elapsis, omnibus iuris remedijs, & quolibet die feriato & non feriato, modò in honorem Dei & sanctorum introductus non sit, executioni mittantur.

Reuisio autem arbitramentorum, quocunq; modo competat, vel concedatur, peti possit seruata forma iuris municipalis ciuitatù & locorù; & ubi forma data non sit, sed reuisio per literas à Principe, vel Senatu concedatur; teneatur reuisionem petens, primò & ante omnia, soluere alteri parti omne & totum id in quo condemnatus fuit in ipsis arbitramentis, occasione expensarum litis ac pro salariò. Et item ex causa depositi fideiubere de soluendis expensis faciendis in ea causa reuisionis, ac etiam pœna in compromisso apposita.

Commisarius reuisionis ad requisitionem eius contra quem petita erit reuisio, non attenda eius emologatione tacita, vel expressa, cognoscere, & moderari possit, si contra eum ipsa arbitramenta lationem contineant.

Moderari autem arbitramenta non possunt, etiam si lationem contineant, quando latio sextam partem non excedat.

Si petitum non fuerit compromissum in causa principali, in causa appellationis peti non potest.

Decisa in prædictis compromissis non veniant, & decisa intelligantur tam per sententiam, quàm per arbitramenta, quæ mereantur executionem, vel per iuramentum in iudicio à parte parti delatum, vel habitum pro relato, vel per quamlibet ultimam voluntatem non abolitam, nec cancellatam, nec in aliqua sui parte vitiatam, vel alium contractum, de quo appareat publicum instrumentum à publico notario confectum.

DE FORO COMPETENTI.

QUICUNQUE debitor fuerit alicuius Dominio subditi, non possit ex causa alicuius ordinis, dignitatis, aut priuilegii de nouo acquiri, vel acquirendi, postquam debitor fuerit, vel bona tenere, aut possidere inceperit, Magistratum, & iudicentium quibus suberat, forum, & iurisdictionem declinare quacunq; causa, nec ab eis se eximere, sed coram eis ita respondere teneatur, & eisdem subsit in omnibus, & per omnia, quò ad debita contracta, & bona, ut supra, quemadmodum ante acquisitionem tenebatur, & suberat.

Ce

*+ et ad p. habet pagin 25: in iud. executioni mandant. elapsis quibus diebus: a die sciende*

*Reuisione in iud. soluere teneatur expens*

*Semper supponitur illi iudici cui prout erat tempore debiti vel acquisitionis illius, iudicij iurisdictione declinare non poterit ex causa cuiusvis dignitatis post debitam acquisitionem*

Cessionarii tam quò ad forum, quàm quò ad reliqua, uti alio iure non possunt, quàm cedentis.

DE FERIIS.

Et si iure diuino cautum sit dies festos cum omni ueneratione celebrari debere, & ab omni illicito opere cessandum esse; tamen non desunt qui spreta religione, æternæ salutis immemores, illicita exercere non formident, ut id igitur genus hominum, etiam metum pœnæ coërceatur, sancitum est, quòd nullus audeat, vel præsumat in diebus Dominicis, nec aliis introductis in honorem Dei, & sanctorum, & ex præcepto, vel consuetudinibus ciuitatum & locorum, operari in aliquo artificio, per se, vel per alios, nec tabernas (quas apotecas appellant) apertas tenere, nec per se, aut per alium, quicquam vendere: Medicinalibus, & aliis, quæ ad usum quotidiani victus necessaria sunt dütaxat exceptis. Et hoc sub pœna trium aureorum contrafacienti, quotiens contrafecerit. Et teneatur dominus pro famulo, & pater pro filio, & magister tabernæ, seu apotecæ pro operario.

Quilibet possit accusare, & credatur accusatori cum iuramento, & vno teste fide digno, & pœnæ tertia pars in accusatorem perueniat, tertia in hospitale, vel locum pium principale, & reliqua in commune illius ciuitatis, vel loci, ubi contrafactum fuerit. Et exactio pœnæ sine aliquo processu facienda est.

In diebus quibus instrumenta per notarios rogari possunt, etiam iudicibus concessum est interponere auctoritatem, & decretum.

DE PROBATIONIBVS.

NEMINI licet extra iudicium, testes ad æternam rei memoriã examinari facere, nec eorum attestaciones per notarium in instrumento redigere, nisi modo quo infra, sub pœna aureorum viginquinq; ipso facto committenda, & Fisco applicanda pro quolibet teste examinato, & toties quoties contrafactum fuerit. §. In quam pœnam incidat ipso facto notarius, qui attestaciones ipsorum testium ad æternam rei memoriã receperit, seu de eis documentum fecerit, toties committendam, quoties contrafecerit. §. V L T E R I V S hæ attestaciones sint ipso iure nullæ, nulliusq; momenti, nec aliquam fidem, vel probationem, etiam semiplenã vel præsumptionem faciant, aut suspicionem inducant. §. N E C possint hi testes, ubi in iudicio examinabuntur, ad eorum attestatio-

*teste extra iudicium examinari non possunt*

*CHAKOBA*



60 tiones extraiudicium sumptas se referre. §. OMNIBVSQ; iudici-  
 bus interdictum est, & notarijs, qui in iudicio testes examinabūt,  
 huiuscemodi instrumenta, continentia attestaciones testis exa-  
 minati extra iudicium, admittere, nec super eis testes examina-  
 re, imo ea omninò respuant, & testes in iudicio deponere ha-  
 bent, ac si nunquam interrogati, vel examinati extra iudicium  
 fuissent, nec propterea imputari de falsitate possint, ex eo quòd  
 dicerentur esse contrarij primo examini. §. SED quoniam mate-  
 ria probationum non est angustanda, aliquiq; sunt casus, in qui-  
 bus, etiam lite non contestata, vel quasi de iure testes recipi pos-  
 sunt ad æternam rei memoriam. Propterea sancitum est, quòd si  
 quis sperat còtra aliquem litem mouere, vel dubitat contra eum  
 moueri, & velit aliquem vel aliquos testes producere ad æternā  
 rei memoriam, vel ex eo quòd sint in periculosa infirmitate con-  
 stituti, vel quòd sexagenarij sint, vel in longum iter profecturi,  
 (& intelligatur longum iter, quando ad locum remotum per mil-  
 lia passuū quinquaginta ab isto Dominio quis profecturus est.)  
 His casibus volens producere testes compareat coram iudice or-  
 dinario ciuitatis, vel loci, in quo lis agitanda erit, & ibi capitula  
 producat, super quibus duxerit testes examinandos; Et si ille cò-  
 tra quem testes producere voluerit erit præsens in eo loco, ci-  
 tandus est ad videndum eis testibus iuramentum deferri, si verò  
 absens fuerit, citandus est ad domum eius habitationis, & ulterius  
 citetur vnus ex proximioribus agnatis, & in eius defectum,  
 aliquis ex cognatis, per iudicentem eligendus, absentis nomine  
 compariturus: citationeq; hoc modo facta, iuramentum testibus  
 deferatur, etiam super eo an sint in aliquo ex casibus superius ex-  
 pressis, & si ita esse iuramento affirmauerint, tunc examinandi  
 sunt per notarium Iudicis ordinarij, vel alios notarios ad exa-  
 mina testium deputatos, factis tamen ab utraq; parte debitis in-  
 terrogatorijs, vbi tamē partes, vel altera earum dare voluerint.  
 Quibus examinatis, producents, si voluerit eos testes publicari,  
 publicentur, tamen ea conditione, quòd sit sibi preclusa via super  
 eis capitulis, vel alijs idem continentibus, alios testes examina-  
 ri faciendi. §. VBI autem publicari non petat, per notarium non  
 edantur, sed lite postea pendente attestaciones premissę clausę,  
 & sigillo firmatę, Iudici, coram quo lis pendebit, transmittendę  
 sunt, qui eas tempore debito publicabit, eandemq; vim & robur  
 habebūt, ac si lite contestata, & coram Iudice hi testes deposuissēt.  
 Et quia plerunq; in iudicijs producebantur capitula per testes pro-

*super reuocationib.  
 quibus extra iudicium  
 non possunt testes  
 examinari et si aliter  
 in iudicio dicentur  
 non possunt se falsis  
 falsis inquitari*

*Notarios deputatos  
 ad examinationem*

*Et quod ad dies plures limitationis habet Not. ff. de iur. 60. inde  
 Not. ff. de iur. 94 et coram. 92.*

pbāda, quibus continebatur quem aliquid còfessum fuisse, vel ha-  
 buisse dicere & prestari, non expressis loco & tēpore p̄ciso, vnde  
 & plurimę falsitates oriebātur, sublataq; erat facultas còtrarium  
 pbādi: ideo sancitū est, in capitulis annū, mēsem, & diē, & locū, &  
 locū loci protestationis exprimi debere. Et vbi ex dictis testiū su-  
 perinde producendorū, de loco, & tēpore copulatiuē non appa-  
 reat, dicta testium sint nulla. §. Si verò appareat ex dictis testiū de  
 loco, & tempore, vt supra, id antequām processus publicetur, par-  
 ti aduersę edi debeat, vt suas probationes exinde facere possit.

*debet in capto  
 exprimi annus  
 dies, mensis et locus  
 et ubi ex dictis testibus  
 de loco, et tempore  
 non appareat dicta  
 testium sint nulla*

DE SPORTVLIS.

OMNIBVS, & singulis Gubernatoribus, Capitaneis, Còmissarijs, Pra-  
 toribus, Assessoribus, Vicariis, Iudicibus, & quibuscunq; alijs ma-  
 gistratibus, quacunq; dignitate fulgentibus, & quocunq; nomine  
 nuncupentur, etiam si eos contingat delegatam exercere iurisdic-  
 tionem, necnon omnibus aduocatis, & sindicis Fiscalibus huius  
 domini Mediolani, hac sanctione interdictum est, ne quidpiā ac-  
 cipiant, neq; acceptēt, nec in magna, nec etiam minima quātita-  
 te, directē nec per indirectū, nec sub colore sportularū, aut hono-  
 rarij, vel alio velamine, in tractandis, aut terminandis causis crimi-  
 nalibus, ab alterutra ex partibus aut agētibus pro eis. §. PARI mo-  
 do notarijs, scribis, còmetariensibus & alijs, qui officia exercent,  
 aut munera sustinēt, in huiuscemodi causis criminalibus inhibituū  
 est, ne pro actis scribēdis, scripturis recipiendis, ac admittēdis, te-  
 stiū examinationibus, processuū editionibus, sentētiarū interlo-  
 cutoriarū, & diffinituarū pronūciationibus, & traditionibus, aut  
 quibusuis alijs preeminētis, & emolumētis, & etiā p̄ carcere, &  
 eius apertura, pro ligatura eorū ad eculeū, & quęstionibus exercē-  
 dis, & deniq; pro quibuscunq; alijs, in quibus eos pro susceptis mu-  
 neribus versari cōtingat, nihil plus accipiāt, aut acceptēt, nisi in-  
 quatū specialibus ordinibus cōtinetur. §. CONTRAFACIENTIBVS, &  
 omnibus illis qui ministri, & participes fuerint, pœna est priuatio-  
 nis omniū officiorū, quę habēt, & aureorū mille, fisco applicandorū,  
 & vbi nō habeāt in grē, luāt in corpus, arbitrio Principis, vel Se-  
 natus: Cuius pœnę pecuniarię dimidiū detur delatori. §. Sentētia  
 obtēta per sordes, sit nulla. Et si fortē ille met (quatenus respiciat  
 fauorē illius, qui per sordes vel munera obtinuit,) in cuius fauorē  
 sentētia, aut alia expeditio, data pecunia vel muneribus, vt supra,  
 obtēta fuerit, termino duorum mensū rei veritatem in notitiam  
 primus detulerit, sententia ipsa, aut expeditio perinde valida sit,  
 & efficax, ac si nullę sordes interuenissent, modò aliās valida sit.

*pœna priuationis officij  
 et aureorū mille*

Et



Et ulterius dimidium pœnz pecuniariz consequetur.

Iudices qui ordinarij sunt, siue in ciuilibus, siue in criminalibus, salarium accipere non possunt. Qui autem ordinarij non sunt, aut qui à nobis delegati fuerint cum auctoritate decidendi, siue in ciuilibus, siue in criminalibus causis, quarum cognitio aliàs ad eos non spectet, non prohibentur quin salarium sententiarum ad rationem vnus pro singulo centenarij à qualibet partium accipere possint, ita tamen quòd quantacunq; fuerit causæ extimatio, summa ducentorum aureorum excedi non possit, computatis etiam semper pecunijs pro scripturis, & motiuis habitis.

#### DE APPELLATIONIBVS.

PLVSQVAMNECESSARIÛ erat in hoc Dominio providere de Iudicibus, qui in causis appellationum cognoscerent. Ea propter sancitum est, quòd lata sententia, à qua liceat appellare, quilibet qui appellare voluerit, vel nullam dicere, id teneatur facere intra terminũ quatuor dierum continuorum à die intimationis sententiæ, & nõ vitra ad Iudicem competentem. §. QVA appellatione vel nullitate interposita, teneatur appellans petere Iudicem appellationis à Pratore, vel alio superiore Magistratu illius ciuitatis vel terræ vbi primò fuit iudicatum. Qui Prator vel Magistratus statim teneatur & debeat omnibus iuris remedijs, partes cogere ad dandũ confidentes, de collegio dominorum Iurisperitorum illius ciuitatis, in qua vel cuius territorio iudicatum fuerit, si ibi cõfidetium copia erit, sin minus, vnus ex ciuitatibus proximioribus, & reperto partium confidente, tunc Prator ille vel Magistratus, non iure ordinario, sed presentis cõstitutionis virtute, tanquàm delegatus Principis, teneatur eidem cõfideti causam ipsius appellationis & nullitatis cõmittere audiendã, examinandã, & debito fine terminandã. §. QVOD si altera partium recusauerit vel neglexerit in termino statuto cõfidentes suos dare, in eius contumaciã, vel renitentiã, causa cõmittatur vni ex cõfidentibus per alterã partem datis. §. Is cõfidens causæ commissarius non possit cõmissionẽ recusare, & nisi fuerit de partium voluntate, eidem dari adiunctus, vel socius, ad eam causam examinandum decidendumve non possit, iurareq; teneatur prout Iudices in prima instantia, ex forma harũ cõstitutionũ iurare tenentur. §. QVA cõmissione sic facta instantia ipsius causæ appellationis, & nullitatis habeat, & habere intelligatur dies viginti vtilis tantũ ad eã causam appellationis terminandũ. Teneatur appellans, vel nullã dicens per se vel procuratorẽ suum infra tres dies vtilis à die factæ cõmissionis predictæ, corã eo cõ-

pa

parere, & petitionẽ suã in scriptis porrigere, partiq; eã intimare psonaliter, vel ad domũ habitationis, vel procuratori, qui cõfidentes in causa dederit, quæ petitio, qualiscunq; sit dũmodo tollerabilis, admittatur, & admilla ipso iure esse intelligatur, nullaq; litis contestatio exigatur, & itẽ iurare se non dolo nec calũnia, sed credẽs iustam fouere causam appellasse & nullã dixisse, & statim satisficere de restituendo alteri parti omnia damna & interesse, ac expẽsas litis predictæ, quæ passã fuerit, & quæ taxata fuerint p Iudicẽ, si sacubuerit in causa appellationis, vel nullitatis, vel si ipsã appellationẽ nõ fuerit psequutus, alioquin ipsi appellationi renũtiassẽ intelligatur, & prima sc̄tẽtia firma remaneat, & exequutiõ mittatur. Posthac statim, & sine intervallo statutus sit, & esse intelligatur appellati, & nullã dicenti, & appellato, vel appellatis, vel his contra quos de nullitate dicitur, terminus octo dierũ vtiliũ probãdi, producẽdi, & ostẽdẽdi, tã super appellatione, nullitate, iniquitateve, dictæ sententiæ, & alijs ad dictã causam pertinẽtibus, & quicquid ipsæ partes & quelibet earum facere voluerint, ipsoq; termino finito, statim omnia agitata, producta, & ostẽsa, intelligatur ipso iure publicata, & de eis vtriq; parti copia fiat, ita demũ si petita fuerit. §. SUCCESSIVE verò statim intelligatur, & sit ipso iure statutus vtriq; parti terminus dierũ sex vtiliũ reprobandi, impugnãdi, & excludẽdi quẽcunq; agitata & producta in eo primo termino. Et si aliqua partiu in ipso termino reproborio capitula, vel articulos producerit ad reprobandũ probata, & producta per alterã partẽ in primo termino probatorio capitula ipsa, & articuli producantur per tres dies vtilis ante finẽ termini reproborii, parte præsente vel legitimẽ citata, & data vel oblata copia, aliter produci nõ possint, nec admitti: & tũ liceat parti cõtra quã producta erunt, & alteri cuius interfit, coadiuuare, & corroborare per legitimas probationes, producta & probata in eo primo termino. Quo termino elapso, omnia agitata in eo, ipso iure publicata sint & omnes exceptiones sint saluæ in fine litis, vt etiã ex alia cõstitutione cautũ est. §. DEHINC partes compareãt coram cõmissario causæ, & ei deferant processus, & omnia acta dictæ causæ, & deniq; omnia iura sua. §. QVI commissarius, eis visis, & diligenter examinatis, & partium allegationibus, quæ fieri voluerint auditis, teneatur & debeat eam causam diffinire, & terminare per eius sententiã diffinitiuã in termino dictorum dierum viginti vtiliũ.

Lata sententia in causa appellationis, vel nullitatis, in quantũ cõfirmata fuerit prima sententia lata in causa principali, non liceat amplius puocare, nec appellare à dicta sententiã, nec nulla dici, nec ei

E ij dem

unde taxat hono-  
norarij fol. 38  
cap. 10. Iudicatur  
adiriq; de Sen:

ter. ad  
appellat

Instor  
cane  
affonij

Inuamentum  
Inserendum in  
appellat



dem aliquo modo contrari, nec contra eam quicquam excipi vel opponi possit, sed prout lata fuerit, executioni mittenda est omnibus iuris remedijs. §. Si verò per ipsam sententiam latam in causa appellationis vel nullitatis, fuerit dicta prima sententia annullata vel reuocata, vel aliquo modo reformata, particulariter, vel in totum, tunc liceat succumbenti in causa appellationis vel nullitatis, & cuilibet alii, cui de iure licet, appellare, vel nullam dicere, ab ea sententia pro ea parte, in qua primæ sententiæ conformis non fuerit; et hoc infra terminum quatuor dierum cōtinuorum, à die intimationis sententiæ, & nō ultra; ad Iudicem cōpetentem. §. Et intelligatur esse termini limitati in omnibus, & per omnia, prout in prima causa appellationis sancitum est, cōgrua congruis referendo. §. SALVÒ quò ad instantiam, quia instantia ipsius secundæ appellationis durare habet viginti quinque dies vtilis, intra quos sententia diffinitiva ferenda est, & quatenus fuerit conformis, omnibus iuris remedijs executioni mittenda est.

Instantia causæ appellationis prorogari & suspendi potest, prout etiam in causæ principalis instantia ex præsentibus constitutionibus sancitum est.

#### DE BONIS AD CRIDAS PONENDIS

MVLTVM vtilitati publicæ conducere cōpertū est, & subditorū quieti, vt aliquis modus reperiretur, quo quilibet rei suæ familiari, tã sibi quàm posteris, cōsuleret, & quãdoq; sciret an bona laboribus vel quavis causa parta, libera vel ne haberet, tam ad ea sibi & posteris conseruandū, quàm etiã vendendū, & alienandū sine onere alicuius fideiusionis præstādæ, emptoresq; propterea & ipsi tuti essent. Ideo sancitū est, quòd si quæ persona, cōmune, collegiū, vel vniuersitas, voluerit aliquã rem immobilē, aut ius, quã vel quòd possideat, vel quasi possideat, (ita quòd detentio non sufficiat) ponere ad cridas ad finē vendēdi, vel alienādī, teneatur & debeat per se, vel per procuratorem, ad hoc speciale mandatū habentem, mediolani comparere corã vicario prouisionum, in alijs ciuitatibus corã iudicibus ad id deputatis, sin minus coram Pratore eorum. Et ibidem in scriptis dare id quòd ad cridas ponere voluerit. Quòd si res immobilis fuerit, illa per situm, aut locum, & cohærentias, & verum numerum perticarum, vel circa, describenda est, congrua congruis semper referendo: Si verò iura fuerint, specificanda per prius loca in quibus prædicta exercentur, seu ipsorum iurium emolumentum percipitur, & eo amplius nō  
solum

solum exprimere tenetur à quibus datum de eis, vel aliquo eorum habuerit, si id intra annum factum sit, sed omnium eorū, qui ea bona illo anno realiter possederint, vel quasi, & si lapsus fuerit annus, exprimere etiam tenetur nomen eius à quo habuerit datum vsq; ad decenniū, sub pœna nullitatis. Et etiam iurare teneatur, quòd ipsam rem velius, quam vel quòd ad cridam ponere vult, verè & realiter, ac nomine suo proprio & non alieno possidet, vel quasi possidet, & ad sui commodum, & quòd sua scientia aliqua vnio, seu separatio, vel diuisio, ab anno vno citra facta non fuit de eis bonis & iuribus, ubi id ignorauerit, si verò sciuerit exprimere tenetur, vtsupra. §. His sic actis & apud acta illius iudicis redactis, curare cum effectu, etiam habet quòd Mediolani mādato Vicarij, in alijs ciuitatibus iudicentis ad quem spectat iussu, sono tubæ præmissa, per tubatores communis publicæ cridæ fiant ad scalas palatii Prætorij illius Ciuitatis hora sexta vel circa, seu hora vesperarum vel circa, & de die clara ad loca solita ciuitatis, vbi cridæ fieri solent, & etiam in contrata seu loco vbi habitauerit ille qui comparuerit, vtsupra, si in districtu ciuitatis habitabit, sin minus ad locum vbi per eum electum est habitaculū, quòd omnino per prius eligere teneatur. Et hæc omnia in præsetia duorum testium, & etiã tribus vicibus in vna hebdomada, diuersis tamē diebus, & alijs tribus vicibus in alia hebdomada sequēti diuersis diebus, & vna vice in altera ex ipsis hebdomadis, in terra in qua seu eius territorio sita sunt bona, vel iura, vtsupra, & in publica platea ipsius terræ, vel in parochia, si fuerint in ciuitate, publicando edictum in hanc formam.

#### EDICTVM.

OMNIBVS notum esse. T. coram iudice comparuisse, in scriptisq; dedisse vel rem immobilem vel iura, describenda tamē, vtsupra, eaque velle alienare, propterea si quæ persona, commune, collegium, vel vniuersitas est, habens, vel habere prætendens, ius aliquod in ipsa re vel parte eius, debeat infra menses tres immediate sequentes post omnes publicationes huius Edicti, per se, vel alium eius nomine ad hoc speciale mandatū habentem, coram eo iudicante, vel eius successore comparere, & in scriptis dare & ostendere ipsum tale ius, quòd in ipsa vel super ipsa re, vel aliqua parte eius habet, seu prætendit habere. Si verò fuerint absentes à ciuitate, & comitatu ciuitatis, (& absentes non intelligantur, qui

E iij intra



intra mensem à tempore publicationis huius edicti cōputandū, reperiantur, vel essent in ciuitate, vel comitatu eius ciuitatis: ) Vel minores annis viginti, furiosi, aut mentecapti, vel viduæ pro iure dotium suarum, & rerum parasrenalium, aut aliæ personæ habentes, seu habere prætendentes ius ex causis infra scriptis, uel aliquam earum, uidelicet, & causa administrationis alicuius tutelæ, seu curæ, hipotecæ pro aliquo fidei commissario, legatis, fideicommissis, institutione, aut substitutione testamentaria, qualibet uè successione ex testamento, uel ab intestato, hi enim etiam ex causis præmissis intra sex menses computandos, ut supra, comparere, & in scriptis dare, & ostendere ius suum quod habent per se, uel per alium, ut supra, alioquin respectu eorum qui in terminis prædictis non comparuerint, & ius suum non deduxerint, dicta bona, seu iura, ut supra, sint & esse intelligantur libera ab omni onere obligationis, & hipotecæ, & etiam à quacumq; persona ut supra, & irreuocabiliter sicut emptoris. §. POTERITQ; ponens ipsam rem, seu ius, uel partem ipsius liberè uendere, & absq; eo etiam quòd teneatur fidei sionem dare, ipsaq; uenditio liberè fieri poterit, absq; eo quòd emptori, uel eius successori, uel heredibus, super ea re, uel iure, aut ex eorum causa, per aliquam personam, commune, collegium, uel uniuersitatem prætendentem, uel habentem ius super eis aliqua quæstio moueri possit, ita quòd illi qui non comparebunt, ut supra, nullum ius habebunt, nec ad eam rem, uel ius, ut supra, nec ad eius pretium, si vendatur, dummodo tamen alienatio intra annum fiat post omnes huius edicti publicationes.

## FINIT EDICTVM.

Huius Edicti copias præcones publici illius ciuitatis, qui edictum publicabūt, unam ad scalas pallatij Pratorij Ciuitatis, item aliam in contrata, uel loco habitationis ponentis, aliam ad plateam illius terræ, uel loci, in qua seu cuius territorio erunt bona, uel iura, ut supra, dimittent, parietibusq; affigent. §. COMMISSIONESQ; publicationis huius edicti, eiusq; publicationes, publicationūq; relationes fieri poterunt quolibet die feriato, & non feriato, nisi fuerint ferix in honorem Dei uel sanctorum introductæ. §. HABEANTVRQ; publicationes edicti pro solemniter factis, si præco, uel præcones intra octo dies post omnes eas factas retulerint, coram eo Iudice, iuxta formam prædictam edictum publicasse, quæ

quæ relatio in scriptis faciendæ est, & apud acta Iudicis committentis, & in ea describenda sunt nomina testium, ad quorum præsentiam publicationes factæ sunt.

Præcones si in proclamando hanc formulam adausim non obseruauerint, tam locorum, quàm dierum rationes, ac reliquorum quæ agere debent, quotienscūq; in hanc culpam inciderint: proclamandi munere abdicentur, & priuentur, ac publicè per ciuitatem uirgis cedantur. §. QUICVNOVE uerò cedulas per præcones dimissas & affixas abstulerit, quotienscūq; id fecerit, ipso iure & facto, viginti quinque aureis multatus sit, quorum pars accusatori detur, & dimidia in Fiscum perueniat, & alia grauiori pœna puniatur, etiam corporali, arbitrio Principis uel Senatus.

Comparentes in termino trium, & sex mensium ex edicto limitato ad dandum in scriptis, & ostendendum ius suum, iuuare debet, quòd id non faciunt per malitiam, nec in fraudem, nec animo malitosè impediendi aliquam alienationem quomodo. Et si hi qui comparuerint, in scriptis dederint, & ostenderint eam rem uel ius, aut partem eius suam esse, tunc & eo casu ipsa res uel ius alienari non possit eo comparente inuito. §. SI uerò aliud ius, quàm ut supra, ostenderint, ponens nichilominus liberè uendere poterit, modò ipse & emptor in instrumento conficiendo, iurando declarent totam ueram quantitatem pretii, pro qua ipsa res, uel ius uendi contigerit: & quòd ipsa alienatio est bona & uera, & non ficta, nec simulata, nec in fraudem facta, & item quòd pretium ipsius reuendendæ penes aliquem bonum & idoneum campforem illius ciuitatis, per iudicentem eligendum, deponatur & sic depositum succedat loco rei uenditæ, & eo casu, de eo pretio disponatur, & fiat inter eos qui comparuerint, ut supra, prout fieri debuisset de iure de ipsa re uendita.

Casu quo perponentem uenditio fiat, & comperiat aliquam personam, commune, collegium, uel uniuersitatem prætendere ius acquisuisse in uel super ea re, uel aliqua parte ipsius, ab eo uenditore à die publicationum edicti, uel alicuius earum, usq; ad diem uenditionis faciendæ, quòd ipsum tale ius non possit emptori prædicta, uel eius successori obesse, respectu ipsius rei uendendæ, modò fiat uenditio intra annum, à die quo facta fuerit proclamatio computandum. Saluò tamen iure quod haberet, uel habere prætenderet, mediatè, uel immediatè, tempore ipsius emptionis & etiam abinde inantea ab emptore contra ipsum emptorem, & etiam alia sua bona.

*Jur. in  
gualiff  
a ponent*



Quotiescunq; ponens rem, vel ius ad cridas positum videri voluerit, teneatur notificare creditori, qui cridis contradixerit, quod ipsam rem vel ius videri vult, expresso pretio, ad finem ut si dictus creditor respondiderit velle ipsam rem, vel ius maiori pretio emere cogatur ei creditori videri, & res pari modo efficietur ei libera modo quo supra, modo tamen respondeat intra octo dies à die notificationis. §. Si plures verò creditores contradixerint, omnibus notificandum est, ut supra, Et si concurrat emere volentes, eo casu plus offerenti danda est, & libera sit, ut supra. §. Cogatur tamē creditores post responsionē factā, omnibus iuris remediis emere, etiam per personalem detentionem, & pœnas & multas Fisco applicandas. In præiudicium minoris viginti annis, prætendentis habere ius in re, vel iure ad cridas posito, qui cridis contradixerit, vel cuius nomine contradicere fuerit, venditio nullo modo fieri possit. §. Quinimo plus sancitum est, quod si minor non contradixerit, nec aliquis pro eo, quod volens vendere rem vel ius ad cridas positum, si tutor vel curator alicuius minoris, sit, per prius notificare teneatur Mediolani Vicario, pvisionū, in alijs ciuitatibus Prætori, quod est talis minoris tutor vel curator. Qua facta, Vicarius vel Prætor ex suo officio citari faciet ipsū minorem, & duos eius minoris cōiunctos propinquiores, ex parte patris, & his deficientibus, ex parte matris, quibus notificet eam venditionem per tutorem vel curatorem fieri velle. Et si minor vel aliquis ex citatis contradicere venditio in eius præiudicium fieri non possit.

Quilibet etiam non tutor nec curator minoris, furiosi, vel mente capti, nomine eorum cridis contradicere possit, iurareq; & alia facere, quæ ex constitutionibus cauentur, ac si quod ad hoc tutores, & curatores eorum legitimi essent, & valeant, & teneant. §. In processu tamen causæ eis tutor & curator ad finiendam litem cōstituendus est, vel eorum in locum citandi sunt agnati, vel cognati, iuxta aliarum constitutionum formam.

Super deductis in comparitionibus contradicentium, ad eorum omnium, vel ponentis instantiā, & cuiuslibet personæ, cuius interest uel intererit, & cuiuslibet eorum iudicantes ad id deputati cognoscant summarie, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, appellatione & querela qualibet remota, quolibet die feriato & non feriato, exceptis his qui in honorem Dei introducti sunt modis tamen & formis ut infra. §. FINIS enim sex mensibus ex edicto limitatis, ipso iure & facto sit, & esse intelligatur, statutus ponenti terminus viginti quinque dierum vtilium, tunc proximè futurorum,

im-

immediatè sequentium, post finitos dictos sex menses, ad probandum, & producendum ac ostendendum, & probatum habendum per omne genus probationum, quicquid voluerit, seu voluerint, in ipsis causis cridarum, & contradictionum, & omnes dies intelligentur vtilis, nisi fuerint dies feriatum in honore Dei, vel sanctorum, ex forma iurium municipalium, ita tamen quod si cōtingat dictum tempus viginti quinque dierum incidere in tempore quadragesimæ, tunc duo dies non feriatum in honorem Dei, vel sanctorum, habeantur pro vna die vtili, quod etiam seruandum est temporibus lætaniarum. Cui termino possit per ponentem, vel ponentes renūtiari, in toto, vel in parte, prout voluerint. Et si aliquid in eo termino per ponentem capitulatum vel productum fuerit, & nō aliter, eo in casu sit & esse intelligatur ipso iure & facto statutus si milis terminus aliorum dierum viginti quinque vtilium, ut supra, contradicenti, seu contradicentibus, cōtra quem, vel quos, fuisset capitulatum vel productum, ad impugnandum & confutandum quæcunq; producta probata & ostensa, per ponentem in eo termino viginti quinque dierum vtilium assignato, ut supra, cui termino in toto vel in parte per contradicentē vel contradicentes renūtiari possit, in sui dumtaxat præiudicium. §. Qui terminus sic ipsi contradicenti, vel contradicentibus, assignatus, ut supra, sit etiam ipsi ponenti cōmunis ad suas probationes prius factas coadiuuandū, vel probationes contradicentis, vel contradicentiū, impugnandum, ita tamē quod nulla capitulatio, vel iurium productio possit fieri per ponentem vel contradicentem in dicto proximè cōmuni termino, nisi fiat per octo dies vtilis ante finem eiusdem termini: & hoc saluò si per alteram partium fieret nominatio de aliquibus testibus vel iuribus existentibus extra districtum illius ciuitatis, vbi lis agitari continget, cū iuramento: quod iuramentum possit etiā prestari per procuratorem generale ad causas in ea causa cōstitutum effectus, quod eā nominationē nō facit per malitiā, nec in fraudē, nec animo, nec intentione litē protelādi, imo credens eis testibus vel iuribus indigere ad probationē sui iuris, eo casu assignetur terminus cōpetēs secūdū distantiam locorū & negocii qualitatem, arbitrio iudicis, qui tamē non excedat triginta dies vtilis, infra quæ dicti testes recipi & examinari possint in debita forma iuris, eorūq; dicta Vicario vel Prætoribus solēniter presentari, & ipsa instrumenta & iura produci. Quo etiā in termino assignato pro ea nominatione, ut supra, possit etiā altera pars ostendere, & probare de iure suo quicquid voluerit etiā per testes & probationes præsetes.

E y Qua

*duo dies quadragesimæ  
= quibus feriatis  
una dies et similia  
seruatis tempore  
lætaniarum*

*quilibet nomine minoris  
potest iudicium contradicere*



Qua nominatione semel facta, non possit per ipsam partem vel eius procuratorem, qui eam nominationem fecerit aliquid de nouo addi, nec aliqua alia nominatio fieri. §. Hic terminis debite referendo elapsis, crida & relationes earum intelligantur esse productæ, & pro productis habeantur, & statim totus processus causa intelligatur ipso iure publicatus, eo tamen intellecto, quod quæcunq; facienda per contradicentem, vel contradicentes in eis terminis ut supra, tantum eis prosint contra ponentem, non autem contra alios contradicentes. §. Sed si ipsi contradicentes ad inuicem contendere voluerint de eorum contradicentium iuribus, ad mutuam inter eos impugnationem vel confutationem, hoc eis tantum facere liceat elapso dicto termino sex mensium, in terminis, ut supra, limitatis, singula singulis congruè referendo, saluo si fieret nominatio, quo casu seruetur, ut supra cautum est. Et eo termino elapso processus publicatus esse intelligatur, ut supra. §. PRODUCTIONES tamen iurium, & instrumentorum, quæ in eis causis fieri non valeant nec teneant, nisi specificè apponantur nomina, & cognomina notariorum qui rogati fuerint de ipsis instrumentis, & etiam tempora expressa rogationum. §. EORUMQUE instrumentorum productiones fieri possunt quandoquæq; etiam elapsis prædictis terminis limitatis, valeantque perinde, ac si debito tempore factæ fuissent. Et eo amplius sancitum est, quod testes qui in tempore iuramentum præstiterint de veritate dicenda, possint etiam post lapsum terminum deponere, & eorum testium depositio valeat, & teneat, ac si debito tempore deposuissent, modo præmissa infra viginti dies post lapsum termini, & ante emanatum peremptorium signatum manu Iudicis faciant. §. ELAPIS temporibus probationum, intra decem dies utiles immediatè sequentes fiat commissio partium confidenti, vel confidenti illius, vel illorum qui comparuerit, vel comparuerint, in contumaciam alterius partis, vel aliarum partium, alicui de collegio iurisperitorum illius ciuitatis, vbi lis agitari contingeret, si ibi copia confidentium fuerit, sin minus, vnus ex ciuitatibus proximioribus, ad consulendum, & consilium suum in scriptis dandum ipsi Vicario, vel Prætori, quæ debeant esse partes suæ de iure. Et quod consilium non solum sequi teneatur, sed eo amplius, eo consilio præsentato notario causarum civilium, ipso iure & facto sit, & esse intelligatur lata & pronuntiata sententia, in omnibus & per omnia iuxta dictum consilium. §. QUOD si in eo termino decem dierum utilium commissio non fuerit causa, tunc cui-

iussibet causæ contradictionis à tunc in antea intelligatur esse, & sit perempta instatia, partesque utatur iuribus suis coram ordinario. Facta commissione, instantia eius causæ triginta dies utiles habet, & non ultra, ita quod quilibet dies non feriat in honorem Dei, vel sanctorum habeatur pro vna die utili, & exceptis diebus quadragesimæ, & lætaniarum, quibus duo dies non feriat, ut supra, pro vna reputentur.

Ne quispiam angustia temporis contradicendi, iure suo excludatur, sancitum est, quod ad cridarum contradictiones faciendas, citationes possint fieri pro qualibet hora, nulla in hoc seruata forma constitutionum, nec iurium municipalium.

Et quia sæpenumero contingit poni bona, vel iura ad cridas in diuersis corporibus existentia, & aliquando pro omnibus, aliquando pro aliquo, vel aliquibus ex eis contradicatur. Ideo sancitum est, quod quando pro omnibus contradicatur, debeant vnica sententia decidi contradictiones factæ pro omnibus corporibus bonorum, sed quando contradictum fuerit particulariter pro aliquibus corporibus bonorum, vel iurium, vel etiam omnibus bonis, aut iuribus diuisim per diuersos contradicentes, possint & valeant decidi per separatam, seu separatas sententias, & sic diuisim, & eis in casibus vel altero eorum possunt fieri separatæ commissoes ad consulendum Iudicibus ad quos spectat, citatis tantummodo his inter quos facienda erit commissio.

Quia ponenti necesse est, exprimere à quo datum habuerit, & per quem intra annum possessa fuerit, ut releuentur contradicentes ab onere probandi, sancitum est, quod præsumantur bona ipsa & iura fuisse in bonis & iuribus illius à quo dixerit ponens habuisse datum dominij, seu possessionis, ut supra, quantum est & erit in eius ponentis præiudicium. Saluo iure cuiuslibet alterius tertij.

Crída prædicta non præiudicant vxori, nurui, pronurui ponentis, constante matrimonio respectu bonorum dotalium, vel in dote datorum, nec iurium dotium suarum, vel rerum parafernaliu, nec etiam præiudicant filijs, vel alijs descendentijs eiusdem ponentis, in eius tamen potestate constitutis, quantum est pro dotibus quondam matris vel auix, aut alterius ascenditis nisi eorum legitimus consensus accesserit. §. Et ut omnibus modis fraudibus occurrant, sancitum est, quod cridas quæ fieri pro bonis obligatis pro dotibus vel bonis parafernalijs vxorum, nuruum, & pronuruum, vel iuribus dotalibus descendentijs in potestate existentium datorum ipsorum ponentium, mediatè

vel

*verdiciones dotalis  
non præiudicant  
vxori, nurui, pronurui  
constante matrimonio  
nec filijs vel alijs in  
potestate existentium  
datorum*



vel immediatè possint & valeant agnati, & affines prædictarum vxorum, nuruum, & pronuruum, ac descendantium in potestate constitutorum eorum datorum mediatè vel immediatè ponentium, & eis liceat & licitum sit, & cuilibet eorum comparere, & in scriptis dare ius, seu iura dotium earum mulierù, & descendèntium in potestate constitutorum, vtsupra, etiam eis mulieribus & descendèntibus inuitis, & recusantibus, & iurare, & alia facere quæ ex præsentibus constitutionibus requirantur, vsq; ad sententiam inclusiue, valeantq; præmissa, ac effectù sortiantur, ac si per ipsas mulieres vel descendentes legitimè facta fuissent, seu ab eis speciale & solemne mandatum ad præmissa habuissent. §. I P S A E Q; mulieres maritum habentes, aut aliqua ex eis, aut descendentes vtsupra, ea acta reuocare non possunt, nec eis renunciare, nec aliquid in contrarium facere, tacitè nec expressè, directè, nec per indirectum, nisi ad id auctoritas Principis, vel Senatus accesserit, omnifq; reuocatio, seu renunciatio aliter facta, omnifq; actus, & omne, & totum id quod in contrariù fieret, aut factum erit quomodocunq; nullius sit valoris & momèti ipso iure & facto, & profecto prorsus habeatur. §. NOTARIJ instrumenta rogantes contra formam præsentis sanctionis priuentur officio, & grauiori pœna puniantur, arbitrio Principis, vel Senatus. §. AMPLIUS sancitum est, quod etiam si per dictas mulieres & descendentes, vtsupra, aut eorum agnatos & affines non contradicatur, quod tamen hæc crida non præiudicent vxoribus, nuribus, pronuribus, & descendentibus in potestate constitutis datorum ponentis, nisi hæc personæ in specie citatæ fuerint, & ultra eas earum agnatus proximior, & in defectum cognatus tamen proximior.

Non præiudicant etiam crida iuri fisci Principis, & item communitatibus ciuitatum vbi sita sunt bona vel iura, vtsupra, seruitutibusuè, quibus subiacebant bona antequam ad cridas ponerentur, nec casibus euictionum. §. N O N etiam præiudicant creditoribus ponentium, nisi intra annum venditio sequatur, vbi nemo contradixerit, si verò contradictum fuerit, intra triennium.

Habentes iura conditionalia, vel in diem, contradicere cridis non tenentur, nisi ea iura eisdem competant ex contractu, vel quasi, facto infra annum ante comparitionem factam per ponentem, quo casu in terminis limitatis contradicere & iura in scriptis dare tenentur, aliàs respectu eorum bonorum & iurium ad cridas positorum exclusi remaneant, exceptis tamen dotibus & casibus euictionum, in quibus disposita in præsentis sanctione seruentur.

Eaq;

Eaq; bona & iura non cadant in obligationem puram, vel conditionalem, vel in diem ex contractu descendantem, vel etiam ex compromisso, quod vel quæ factæ reperiantur infra annum vnum a tempore dictarum proclamationum citra.

Si ponentes antequam ponant, paciscantur cum aliquibus eorum creditoribus, vel ius in re habentibus, quod crida faciendæ eis non noceant, hæc pacta, & hæc conuentiones non noceant, quin bona posita ad cridas transeant libera in euentes, etiam post dictum terminum.

Per cridas prædictas, & earum dispositionem, nõ tollitur, nec sublatum esse intelligatur ius alicui competens, seu quod competere posset vigore statuti Mediolani positi sub rubrica de re paterna luenda, quod incipit, Si rem aliquam immobilem paternam: Et alterius positi sub rubrica de prædijs, quod incipit: Si quis habuerit prædium alicui suo sedimini non contiguum: Et subsequenti statuti, quod incipit, Si quis habuerit maiorem seu dimidiam, seu quamcunq; aliam quotam partem domus, & aliorum statutorum, quorum vnum incipit, Aliquæ communantia, vicinalia, &c. Aliud, Si quis habens decimam, vel ius decimandi fructus, & aliud, Cuilibet ciuitatis & districtus Mediolani in aliquo non subditum, &c. Nec etiam iuribus competentibus mulieribus non dotatis ex statuto Mediolani incipiente, in successoribus ascendentium, ad eius statuti formam. §. IDEM seruetur vt crida non præiudicent iuri competenti, seu quod competere posset virtute consimilium statutorum aliarum ciuitatum.

Et quia contingere potest aliquem non publicè clericum, ponere bona ad cridas, & demum, cum sibi videatur, se clericum ostendere, & sic effectum earum cridarum cum voluerit deludere. Ideo sancitum est, quod casu quò id eueniat, eas cridas contradicentibus & emptoribus, prodesse, & non ipsi ponenti, nec aliis. Euenit quandoq; vt creditores vigore iurium suorum bona suorum debitorum apprehendant, & demum ea ad cridas ponunt, sicq; ipsis bonis factis liberis beneficio earum cridarum, postmodum vigore eorum iurium, alia bona, vel apprehendant, vel ab aliis possessoribus creditoribus defendunt. Ideo huic morbo occurrentes, sancitum est, quod ea bona sibi cedant insolutum vsq; ad concurrentem quantitatem veri crediti existentis tempore quo ea bona ad cridas posuit, iura tamen sua salua sibi remaneant, ad defensionem, & pro defensione ipsorum bonorum, & iurium, & ad agendum in casu euictionis, & quatenus euictio subsequuta sit.

Non

quilibet agnatus et  
affinis potest apparere  
noie mulieris maritata  
et dare in scriptis iura  
dotium

Notarij

nisi citati fuerint  
et agnatus



Non præiudicant etiam crida, Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus & aliis beneficiis ecclesiasticis, neque ipsorum, aut alicuius eorum bonis, rebus, & iuribus. §. Nec etiam noceant Dominiis directis nisi directa ipsa dominia, specificè, & expressè, sint posita ad cridas.

Si dominus directi contradicat cridis factis de aliquibus aliis bonis eidem obligatis iure hipoteca pro ficto libellario temporis futuri, eo casu, si emphiteota, vel ille qui posuit ad cridas, aut ille qui esset obligatus bona ad cridas posita defendere, aut alius habens ius in bonis ad cridas positis, durantibus sex mēsis ex forma edicti limitatis ad cōtradendum, vel infra tres menses post ipsos sex menses, obtulerit acquirere ipsum directum dominium & civilem possessionem bonorum, super quibus, seu pro quibus fictum libellarium præstari debuerit, respectu directi dominij, & civilis possessionis, & ius dicti ficti libellarij, ad computum librarum centum imperialium pro quibuslibet libris quatuor & solidis decem imperialium ipsius ficti libellarij, pecuniæ seu valoris rerum quæ dari debent pro ipso ficto libellario, extimandi per unum ex extimatoribus illius civitatis partium confidentem, vel unius partis in contumaciam alterius, ubi tamen adsit, & duret pactum liberandi per contracambium, vel contracambia, eo casu contradictor teneatur illi sic offerenti vendere eo pretio, & ad id cogatur. Si verò adsit, & duret pactum liberandi ad pecunias pariter vendere teneatur pro illo pretio quo ipse emphiteota liberare se poterat, quo in casu saluum sit ius emphiteotæ liberandi se ab eo emptore, prout poterat à venditore, & ipse venditor eo casu teneatur tantum promittere pro suo dato & facto tantum, ita etiam, quòd non teneatur ad pretii restitutionem. §. Si verò non adesset pactum, vel extinctum foret, teneatur contradictor alterum de duobus facere, vel ipsum directum dominium, & civilem possessionem, & ius dicti ficti libellarij vendere volenti emere, ut supra, ad computum librarum centum imperialium pro quibuslibet libris quatuor imperialium, in forma communi, & iuris, nisi alias ipsum directum legitimè esset prohibitum alienari, aut renūtiari ipsi contradictioni, & bona ad cridas posita liberare ab eo ficto libellario tēporis tunc futuri, in electione ipsius cōtradictoris. §. Quam electionem ipse contradictor teneatur facere, & intimare ipsi offerenti velle emere, ut supra, infra dies triginta continuos post oblationem, & requisitionem ipsius emere volentis, modò sit laycus, & suppositus iurisdictioni civitatum huius dominij, aliter dictæ contradictioni ipso iure intelligatur renun-

nuntiatum fuisse, & bona vel iura ad cridas posita, ipso iure & facto intelligantur liberata à contentis in ea contradictione, respectu ipsius ficti libellarij temporis tunc futuri tantum. §. Hoc intellecto, quòd ubi ipsa electio fiat, & intimetur, ut supra, ipse qui obtulerit velle emere cogatur, per omnia iuris remedia, etiam per personalem detentionem, ad emendum, & ipsius pretium soluendum, saluò si ostenderet bona ipsa legitimè prohibita esse alienari.

Qui semel bona ad cridas posuerit, non possit, nec ipse, nec habens datum ab eo, durantibus ipsis cridis, & earum instantia, iterato ea bona ad cridas ponere. Quòd si posuerit, crida sint nulla, & ulterius ponens in pœnam valoris rei incidat, Fisco applicandam, quam si soluendo non fuerit, luat in corpus, arbitrio, Principis vel Senatus.

Non potest siue actor, siue reus, rem vel iura, super quibus lis est ad cridas ponere, sub pœna valoris rei, pro tertia parte fisco, tertia deferenti, & residua illi in cuius præiudicium id factum sit, applicanda, & alia grauiori etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus infligenda. §. Poterunt tamen contradicentes his cridis factis de bonis & iuribus, super quibus lis est, ius suum prosequi coram primo Iudice.

Beneficio harum cridarum non solum hi qui vendere volunt, ut supra, ut possunt, sed etiam hi qui acquirunt, nam & ipsi, ut bona & iura sibi & posteris libera conferuent, ea ad cridas, seruata in ceteris forma harum constitutionum, ponere possunt, modò tamè id intra annum à die acquisitionis, per eos factæ faciant.

#### DE BONIS INSOLVTVM DANDIS, AVT AD HASTAM VENDENDIS.

In casibus in quibus debitum sit soluendum in pecunia numerata, liquidumq. sit, nec alio modo succurri possit creditori, ad hoc ut satisfactionem in pecunia numerata consequatur, omnes Iudices competentes aditi à creditore, teneantur statuto per prius debitori viginti dierum termino ad soluendum in pecunia numerata, & eo non solvente, per subhastationem bonorum creditori satisfacere, post quam satisfactionem, si maior & præsens, termino mensis, absens verò pupillus, furiosus, mentecaptus, termino duorum mensium de ea coram Iudice conqueratur nimis vili pretio alienata esse, Iudex tenetur alienationem reducere ad duas partes ex tribus veræ extimationis bonorum, ad vtilitatem



debitoris. §. Et eo amplius omni casu, saluum semper erit ius debitori, ea bona eodem pretio intra annum redimendi.

Molesti quandoq; adeo sunt creditores, vt nil aliud curare videantur, quam vt debitores in carceribus marcescant. Ideo sancitum est, quòd in omnibus casibus (exceptis tamen in præsentis sanctione comprehensis) in quibus vel pacto, vel aliter, debitor teneatur ad soluendum in pecunia numerata, possit debitor dare de bonis insolutum creditori, deducta tamen tertia parte veri pretij, & veræ extimationis eorum bonorum. §. EAQ; bona intra duos annos eodem pretio redimere poterit. §. HVC sanctioni per pactum quibuscq; clausulis vallatum renuntiari per debitorem non possit. §. NOTARII instrumenta contra tenorem præsentis constitutionis rogantes ab officio suspendantur, & maiori pœna arbitrio Senatus puniantur. §. CASVS verò in præsentis sanctione comprehensi, hi sunt: Debitorum ex causa ficti simplicis, vel libellarii, pensionis, & crediti (quod adiutorii massaricii vulgo appellant) expensarum litis, mercedis, depositi veri & realis, pretii rei venditæ, onerum datiorum, mercimonii, literarum cambii veri & realis, fideiussionis, & redemptionis captiuorum.

## DE PROHIBITIS ET CONCESSIS

### EXEQVVTIONIBVS PERSONALIBVS.

PRO debitis priuatis nemo personaliter detineri potest, nisi ex præsentibus constitutionibus, vel iure municipali ciuitatum & locorum caneat. §. HAC tamen sanctione non comprehenduntur huic dominio non subditi.

Coloni, partiarit, fictabiles, vel emphiteotæ, & qui societatis nomine animalia tenent, pensionantes, & molendinarii, pro eorum debitis, ad creditorum petitionem, carceri, mancipari possunt, constito tamen de credito. §. IDEM de his qui maiores viginti annis cum eis habitauerint eo tempore quo debita contraxerunt. §. NECHI ad cessionem bonorum admittantur, & si contingat alias celsisse, ea cessione non obstante, detineri poterunt, nec relaxandi, nisi creditore satisfacto. §. HAC tamen constitutio, quòd ad capturam, locum non habet in fictabilibus, inquilinis, emphiteotis, pensionantibusuè bonorum, vel rerum existentium in ciuitatibus huius domini, vel oppidis munitis, habentibus merum & mixtum imperium, nec etiam in his, qui in perpetuum, vel ad tempus conducunt res, siue rusticas, siue vrbanas, per prius per

eos

eos locatori venditas cum pacto redimendi, & adhuc pactum duret nec in eorum correis, & fideiussoribus.

Consuetum est vt in ciuitate Mediolani singulo quoq; anno per Summum Romanum Pontificem Indulgentiæ concedantur alternis annis, modò fabricæ Templi, modò Hospitali maiori, cuius causa concursus est magnus populorum & gentium. Qui vt maior fiat, sancitum est, neminem pro debito priuato, vel publico, nec alia quauis ex causa in ære vel persona molestari, nec impediri quouismodo posse per dies quatuor ante diem festum Annunciationis virginis Mariæ, ipsum diem, & quatuor expost.

§. HVIVS tamen sanctionis beneficio vti non possunt rebelles, vel rei criminis læsæ Maiestatis, aut homicidæ, famosiue latrones, & banniti ex causa capitali, aut venientes ex locis bannitis, aut suspectis ex causa pestis.

Vt indicta sit quies litigantibus, & his qui eorum patrocinium habent, cautum est, ne quis in portis, porticibusuè, aut domibus iurisperorum, & causidicorum, ex causa debiti publici uel priuati detineri possit.

Coloni, fictabiles, reddituarij, partiarij, molendinarij, & alij qui inculta bona relinquunt, & nò intègrè facta satisfactione locatori, aliò habitatum se transferunt de vna iurisdictione in aliam, vel in eadem, Magistratus illius iurisdictionis ad petitionem locatoris, cogat eos ad satisfaciendū omnibus iuris remedijs, etiam per personalem detentionem, etiam si prænominati starent, vel habitarent, cum aliqua persona, communi, collegio, vel vniuersitate non subdita dicto Magistratui, vel eius iurisdictioni.

## DE EXEQVVTORIBVS ET FAMVLIS

### IURSDICENTIUM.

QVI AVSU cognitum est, satis non esse prouisum per iura municipalia ciuitatum & locorum huius domini, indemnitati subditorum, ad tollendas exequutiones & concessiones, quas exequutores & famuli iurisdictionum & seruitores cõmunitatum faciebant, eamq; ob causam sancitum est, omne id genus hominū, præter seruitores cõmunitatum, describi debere, Mediolani apud acta officij Collateralis generalis, & in alijs ciuitatibus apud Iudices ordinarios, & exprimi nò solum nomina & cognomina, sed etiã de cuius iurisdictionis familia sint, & iurare se ad usus ordinis seruatos, eoq; casu antequam exequutionē vllā faciāt, ab eo Iudice

F ha-

*debitum potest redimere  
bona insoluti data  
intra duos annos  
prohibetur esse & subij*



habendum est preceptum in scriptis, manu eius Iudicis subsignatum quod & parti ostendere tenetur, & in actu executionis eius copia dimittere. Et si executio realis fuerit, non nisi presente antiano vel consule, vel in eorum defectu, duobus vicinis presentibus facienda est. Quæ si non seruauerint, vel alicui significauerint quod licentiam pignorandi, vel detinendi habeant, & non habuerint, incidant in poenam aureorum decem pro quolibet, & qualibet vice, fisco applicanda, vel alia grauiori poena, etiã corporali, arbitrio Iudicis, & eo amplius pignora ablata, sine impensa restituantur, & detenti relaxentur, impensas illico, & sine mora, seruitor vel famulus detentus, vel illi cui pignus ablatum est, iuxta eius iuramentum refarciat, nullumq; exinde publicum officium exerceat, sub poena ictuum trium æculi vel fustigationis, arbitrio Iudicis. Quod seruandum est, siue fiet executio pro debito priuato, siue pro publico. §. Cum executiones fecerint in rebus, non possint pignora ablata penes se tenere, nec ea vendere, vel pignori dare. Quod si contrafecerint, liberè restituere pignora teneantur. §. Si executiones fuerint factæ in ciuitatibus, pignora facta deponere teneantur penes Antianum, vel vicinum, si verò extra penes consulem, vel vicinum illius loci ubi fit executio, sub poena aureorum duorum, fisco applicanda, & ulterius ad catenam publice ponentur. §. Hi tenebuntur ea pignora consignare ad omnem Iudicis requisitionem, illius tamen Iudicis qui executionem concesserit. §. POTERVNT tamen caupones acceptare ab his executoribus iumenta viua, modò pro eis maiorem impensam non consequantur, quam ex ordinibus cautum est. Executores & seruitores premissi precepta eisdem data ad exequendum, exequantur, si in ciuitate executio facienda est, saltem intra duos dies, si extra ciuitatem per decem millia passuum, intra quatuor dies, & abinde supra infra sex dies, sub poena aureorum duorum, si fuerit executio facienda à libris centum infra, si verò pro maiori summa, aureorum quinque, in quam poenam ipso iure, & facto cadant, carceri. mancipandi sunt, nec relaxandi nisi soluta poena, quam si soluere non poterunt, ponantur ad catenam. §. IDEM quoq; seruandum est in executionibus personalibus, si tamen Iudici facta fides summarie fuerit, eas personas in precepto nominatas detinere potuisse, & non detenuisse. §. Cum executiones in rebus faciet, eas facere non possunt in bestiis aratorijs, plaustris, aratrijs, nec alijs instrumentis aptis ad colendum agrum, vel ad usum molendini, nec in libris cuiuscunq; generis, etiam rationum, nec in scripturis, nec in vestibus ad usum mulierum,

*Res que executionem non possunt*

rum, ipsis ita esse iurantibus, nec in lecto ad usum proprium, vel promiscuum cum uiro, vel liberis destinato, sub poena aureorum quinque fisco applicanda, quos si non soluerint intra tres dies, fustigentur, vel ictibus tribus æculi plectantur, procediq; possit contra eos de robaria, ac si preceptum à Iudice non haberent, si Iudici videatur. Premissa ablata restituatur sine impensa sub poena Iudici retentionis salarii trium mensium. §. Non etiam facere possunt executiones in bonis dotalijs, vel paraphernalibus, quæ si facta fuerint, & Iudici constiterit, ea bona dotalia, vel paraphernalia esse, executio nulla sit, & derobata sine impensa restituatur. Si verò executiones personales fecerint, antequam captos, siue ex debito publico, siue ex priuato, ad carceres conducant, eos Iudici qui executionem concessit presentare habent, ad hoc ut si captus allegauerit causam legitimam, propter quam detineri non potuerit, & creditor causam legitimam non docuerit, liberè, & sine impensa relaxetur, sin minus ad carceres publicos illius ciuitatis, vel loci conducantur, & Mediolani, ad carceres malæ mansionis, quod si ad alios carceres conduci voluerint, solutio maior quam in dictis carceribus exigi propterea non possit, vel per creditorem impensa soluat. §. Has tamen executiones personales facere non possunt pro debitis publicis, vel priuatis, contra conducentes victualia ad ciuitates, eundo & redeundo, nec in confinibus pallatii Prætorum, nec in domibus, nec in ecclesijs, nec post vigesimam quartam horam diei, nec nisi de die. Executores premissi maiorem mercedem non accipiant, etiam à sponte dantibus, quam ex ordinibus statutum est, nec partes moueant, nec dilationem dent, nec ob eam causam pecuniam accipiant, & pignora ablata, si in ciuitate, intra unam diem, si extra, intra tres dies apud acta illius Iudicis describi facere necesse habent, sub poena aureorum decem fisco applicanda, & ulterius carceri mancipandi sunt per bimestre, vel alia poena corporali puniendi arbitrio Iudicis. Iudices tenentur numerum famulorum in preceptis executiujs præcisum, secundum qualitatem casuum maiorem vel minorem apponere, nec missionem famulorum in possessionem concedere possunt, nisi ex causa dataria vel publica, & etiam in eis preceptis clausulam apponere habent, ne in rebus prohibitis ex presenti constitutione executiones faciant.

*executio in bonis dotalijs facere non possunt*

## DE SALVISCONDUCTIBVS.

Si tres partes ex quatuor omnium creditorum, tam respectu nu-

F ij me.



meri personarum, quam quantitatis debiti, cum debitore conueniant, ea conuentio per reliquos creditores, qui non conueniunt, seruanda est, in hanc tamen formam, vt debitor per quinquennium ubiq; locorū in hoc dominio stare, morari, indeq; abire, & redire, pro libito suo possit, & valeat, omni personali molestia, causa cuiusuis priuati debiti ei inferēda penitus cessante; modo tamē prēmisi creditores & debitor coram Iudice ordinario citatis reliquis creditoribus, iureiurando affirmauerint ipsam conuentionem non fecisse, nec facere per malitiam, neq; dolum, nec in fraudem alicuius, nec iuris alicuius personæ, sed gratia iura sua consequendi, & etiam se esse veros creditores, videlicet, qui de crediti summa verisimiliter informati esse possunt, qui verò verisimiliter informati esse non possunt, vtpotē qui in ius alterius successerint, vel credita implicata habuerint, iuxta credulitatem suam iurent, ita quòd qui de veritate iurauerint creditores esse maioris summæ quam non sint, si aliter esse reperiatur incurrant in tātam pecuniariam pœnam, fisco applicandam, quanta erit summa falsi crediti, quam expresserint. §. ERROR tamen decē librarum imperialium punibilis non sit. §. TENEATUR tamen is creditor reliquis creditoribus suis, qui non cōuenerint, quando cūq; cōuentionem per tres partes ex quatuor creditorum factam acceptauerint, satisfacere ad ratam, iuxta factam cum creditoribus assentientibus conuentionem, alioquin contra eum debitorem, iuribus suis creditores non assentientes vti possint. §. HVIVS tamen constitutionis beneficio vti non possunt debitores ex causa ficti bonorum, in quorum tenuta tunc essent, nec etiam contra fideiussores pes eos datos versus eos creditores, qui conuentioni non assenserunt, quin ipsi fideiussores quotiescunq; ab his creditoribus vexentur, agere possint, vt releuentur, & indemnes conferuentur. §. HÆC quoq; sanctio non pertinet ad creditores à decem libris infra, nam attenta modicitate summæ eorum, nulla ratio habenda est.

## DE NOTARIIS PVBLICIS.

NOTARIJ maleficiorum nihil exigant vltra ordines, sub pœna quadrupli, priuationis officij, & maiori, arbitrio Principis, vel Senatūs. §. SINDICENTVROQ; quando Prætores & Iudices sindicantur. §. INTERIM tamen si quis de eis conqueratur pro barataria, extortione, vel falsitate, fiat iusticia. Teneantur quoq; notarij pœna qua

qua supra, omnes denuntias, querelas, accusationes, testes, inquisitiones, banna, & condemnationes, in terminis à constitutionibus præsentibus, & statutis ciuitatum, & locorum limitatis, super libris vernacula lingua nominatis, (mastris & sfoliatis) describere. §. ORDINES autem, quos notarij causarum criminaliū seruare habent, vt ad omnium nōtitiā deueniant, inferius describuntur. Si quis sponsorem dederit, se non laesurum, & quoties citatus fuerit, se præsentaturum, idq; vno actu, & vna ex causa egerit, & hoc pars altera petat, vel vtrinq; petatur, notarijs, qui hoc in acta referent, tantum solidi sex ab ipsis partibus numerabuntur, si verò post sponsonem vnā datam, altera interiecto temporis spatio in ea re præstabitur, tunc dimidium soluatur, idq; etiam seruabitur si sponso & fideiussio, vel petatur, vel detur pro eadem re, ab vno, vel pluribus.

Si quis citatus comparuerit, & fideiusserit, formata iam inquisitione, in qua de sanguinis pœna non agatur, aut si plures ex eadem familia in communiōe viuentes comparuerint, vtsupra, notarius qui hæc in scriptis mādabit, solidos tantum vndecim exigat, si autem ex eadem non fuerit familia, nec in communiōe viuet, & vnus pro omnibus coram Iudice comparuerit, ipsorum causā agens, & id de iure fecerit tamquam eorum patronus, & defensor, is solidos vigintiduos pro omnibus errogabit, si verò nullus extiterit, qui id negocium susceperit, & vnusquisq; defensionem suam acturus comparuerit, vnusquisq; solidos octo imperialium notario persoluet, sed si plures comparuerint, atq; id ipsum per procuratorem egerint, singuli eorum tantumdem soluent.

In describendis verò processibus, in quibus sanguinis pœna minime sit, Notarij pro singulis folijs solidos tres imperialium accipiant, in quibus autem de sanguine agitur, solidos quatuor.

Si lata fuerit sententia, per quam aliquis condemnatur, notarius à partibus nihil habeat.

Et si quis comparuerit, & erroris veniam præsentauerit, vel eodē tempore impetrauerit, idq; vno actu à notario in actis referatur notarius tantum decem solidos habeat, sed si post comparitionem interiecto tempore remissio impetrabitur dimidiū soluat. §. Pro præsentatione autem literarum gratiæ, & expeditione, solidos tantum viginti quinque habeat.

Si quis ab eo crimine, pro quo pœna sanguinis non imponitur, absolutus fuerit, is pro absolutione solidos decem notario præstabit, si vero sanguini pœna esset, solidos viginti numerabit.



Pro testium interrogatione, si ea res de qua tractabitur, utilitati, Fisci cedat, nihil soluendum erit.

Notarij causarum civilium nihil ultra accipiant, quam ex ordinibus cauetur, sub pœna in eis contenta, & aureorum trium, pro medietate Fisco, & pro medietate accusatori applicanda, toties committenda, quoties contrafactum fuerit.

Hac sanctione, omnibus iudicentibus, etiam delegatis, interdictum est, ne in iurisdictione Pratoris Mediolani, utantur opera aliorum notariorum, quam notariorum causarum civilium in conficiendis actis, & sententiis rogandis, in causis civilibus, vel habentibus principium à contractu, inter quoscunq; agatur, etiã si inter forenses agatur, & siue ea causa commissa fuerit, vel delegata per Principem, vel Senatum, aut Magistratum, vel aliter quomodo cunq; tam ad decidendum, quam ad referendũ. §. QVTCVNQVE notarius se intromittens contra huius constitutionis formam, puniatur pœna qua in ordinibus, & alia maiori, arbitrio Quæstorum ordinariorum, & eo amplius acta, & sententiæ per eum confecta, & rogatæ, nullæ sint, nulliusq; valoris & momenti. Te neaturq; insuper ad resarcitionem damni, damnum passo. §. Hæc tamen constitutio non comprehendit causas vertentes coram Magistratibus, ubi tractatur de interesse fisci, nec coram Senatu, vel Senatoribus vertentes, nec coram vniuerso collegio Doctorum, ubi vniuersum collegium cognoscit, & iudicat, nec ad causas fisci, vel datiariorum, vel ubi de datijs agitur, nec in causis mercatorum, nec coram Abbatibus eorum collegiorum, quæ proprios notarios ex consuetudine habent.

Notarij, & scribæ, qui ad solutionem datij notariæ causarum civilium non tenentur, in casibus in quibus in civilibus acta conficere possunt, eadem pœna tenebuntur, si plus pro solutione eorum exigant, quam ordinibus cauetur.

Notarij in causis pauperum, & miserabilium personarum, acta, processus, & sententias, absq; mercede conficiant, & edant, sub pœna quadrupli eius quod habuerint ab eis, irremissibiliter auferenda, pro tertia notificanti, pro tertia parti, & pro reliqua fisco applicanda, ita tamen quod si contingat partem aduersam in salario condemnari liceat notarijs illud exigere. §. Hi verò intelliguntur pauperes & miserabiles, pro quibus ita attestatum fuerit mediante iuramento de credulitate, si id fiat in ciuitate Mediolani, per parrochianum, & duos ex deputatis Hospitalis magni, illius tamen portæ habitationis ipsius miserabilis, in alijs verò ciuitati-

bus

bus, per parrochianum, & duos deputatos Hospitalis principalis illius ciuitatis.

Nulli notarij huius Dominij posthac, audeant instrumenta conficere, vel rogare, per quæ mulier contrahat, vel distrahat, seu consentiat causæ, seu casui, in qua seu quo, de iure ipsius mulieris agitur, nisi præcisè, & ad vnguem apponantur, seu seruentur solemnitates requisitæ per statuta & ordines ciuitatum, & locorum, in quibus instrumentum fiet. §. CONTRAFACIENTIBVS est pœna falsi, & priuationis officij tabellionatus. §. CONTRAHENTIBVS verò, aut distrahentibus cum mulieribus, tam per instrumentum, quam aliter non seruata præcisè forma, vtsupra, pœna est solutionis pretij extimationis rei, de qua, seu quo agetur, quod pretium mulieri, cum qua actum erit soluendum est. Et eo amplius aliam tertiã partem disticti totius pretij Fisco persoluet. §. Hæc tamen constitutio non pertinet ad eas mulieres, quæ tutorio, vel aliter alieno nomine contrahunt vel distrahunt.

Calamitosis, & miserabilibus personis carceratis, per scribas rescripta & literæ, per notarios verò, tam civilium, quam criminalium, quorum cunq; iudicentium, commissariorum & delegatorum, acta & scripturæ cuiuslibet generis existant, gratis, & absq; vlla prorsus solutione tradantur ad tardius infra dies duos proximos postquam requisiti fuerint, & etiam citius si poterunt, sub pœna contrafacienti aureorum trium pro quolibet & qualibet uice, Fisco applicanda. Additiq; Senatus, Magistratus, & iudicentes id omnino exequi, & obseruari facient.

F iij LL

*Not. prohibita 177*



## LIBER TERTIVS.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS  
VOLUNTATIBVS.

TESTAMENTA, legatauè, & donationes causa mortis legitimè confecta, per omnes Iudices cōpetentes quàm celerius fieri poterit, exequutioni mittantur, vlla absq; prorsus cauillosa, vel sinistra interpretatione, & nisi illa, vel ea, quæ menti testatoris legitimè deseruiat, admissa. Et superinde procedant summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, friuolis exceptionibus omninò reiectis.

## DE ACQUIRENDA HAEREDITATE.

NEMO possit hæreditatem à patre suo repudiatam adire patre vi uente, nisi fuerit emancipatus, & non in fraudem, & aditio alio modo facta non valeat, nisi obtenta licentia à Principe, ex qua huic sanctioni in indiuiduo derogetur.

Si filius hæreditatem maternam consistentem in credito contra bona, aut hæreditatem paternam, intra annum à die scientiæ mortis matris non repudiauerit, adiuuissè censeatur.

Idem locum habeat vbi materna hæreditas, etiam in bonis immobilibus, aut annuis redditibus consisteret, quorum usufructus patri quaratur, si viuente patre filius decesserit.

Quæ tamen omnia locum habere volumus, si ipsorum filiorum creditoribus, aut hæredibus, ita expedire visum fuerit.

DE CONTINUANDA POSSESSIONE  
DEFUNCTI.

POSSESSIO, seu quasi aliquorum bonorum defuncto possessore non vacet, sed sit & intelligatur continuata immediatè in eius hæreditate, & in hæredem seu hæredes, per aditionem seu immixtionem pro hæreditarijs portionibus, quò ad omnem effectum, etiã recuperandæ ipsius possessionis, & omnis apprehensio medio tempore facta sit nulla, nulliusq; valoris & momenti, quocunq; iure etiam speciali succedatur. §. Hoc tamen locum non habeat ultra decennium à die scientiæ delatæ hæreditatis. §. Et item si quis

quis reperiretur in possessione, seu tenuta legitimè adepta ex causa proueniente ex facto ipsius defuncti, & de qua per publicum instrumentum constet.

Insuper seruandum est, quòd si contingat quem vltra annum iam possidere, eum ad informationes assumendas, & concessionem præcepti per Iudicem hæredi faciendam, citandum esse. §. PRÆMISSA intelligantur, & obseruentur ad literam prout iacent.

## DE LEGITIMATIONIBVS.

NVLLVS Comes Palatinus, virtute alicuius priuilegij quomocunq; & cum quacunq; potestate, à nobis concessi, possit vti ea potestate in dominio Mediolani sine licentia Locumtenentis aut Senatus nostri in eo dominio residentis, sub pœna nullitatis actus, & aureorum quingentesimo fisco applicandorù. Notarioq; de hoc documentum conficienti, aureorum centum pœna erit. Et eo amplius nullus Magistratus eiuscemodi legitimationis vel dispensationis vllam rationem habeat. Hæc tamen locum habent nisi expressa volùtas patris, aut aui paterni, ipsius legitimandi intercesserit. §. NOLVMVS tamen quòd legitimati, etiam cù consensu patris, vel aui, succedant transuersalibus ab intestato, nisi illi vel eorum transuersalium, parentes, legitimationi consenserint.

## DE PHEVDIS.

IN quacunq; donatione, siue cōcesione pheudali facta, vel facièda qualiscunq; sit, & sub quauis efficacia, & validitate verborum concepta nō intelligatur derogatum constitutioni maioris Magistratus, & intelligantur solum fuisse concessa datia, quæ propria sunt locorum concessorum, & in ipsis locis exigi consueta, non autem datia mercantiæ, ferraritiæ, tractæ gualdorum, taxarum equorù, census salis, esto, quòd in iam factis concessionibus de his nō fieret mentio, etiam quòd essent concessa regalia. §. QUÆ omnia datia ipso iure sint Principi & fisco reseruata, pariq; modo in eis locis exigantur prout ante concessionem exigebantur.

Ne beneficiorum memoria intercidat, sancitum fuit per Mediolanenses Duces in pheudationes, aut concessiones qualescunq; gratuita, etiam ob benemerita, qualiacunq; sint, per eos quomocunq; factæ, aut faciendæ de bonis immobilibus, iuribus, vestigalibus, aut immunitatibus, quibusuis clausulis, aut dero-



gationibus amplificata & munita, quæ ius transmittendi ad feminas, aut extraneos, vel de eis aliter disponendi contineant, transire non possint, nisi tantum ad primi acquirantis descendentes per lineam masculinam, masculos legitimè natos, vel per subsequens matrimonium legitimos, ita ut neq; facto hominis, neq; legis ministerio, in alios, quam ut supra, expressos alienari aut deuenire possint. Et quicquid contra ipsam constitutionem factum fuerit, nullum & inane decernitur, prohibeturq; ne ad alienantem alienata reuertantur, excipiunturq; bona publicata, de quibus libera facultas disponendi, acquirantibus conceditur, nisi tamen interea quippiam ordinarij reditus fiscalis sit, id enim ad descendentes tantum masculos, ut supra, transire permittitur. Noluerunt tamen ipsas constitutiones vires extendere ad bona iura, & ut supra, quorum contractus, aut dispositiones, vires concessionis, aut licentiæ à Principe obtentæ per possessionis ademptionem, effectum iam sortitæ fuissent ante diem promulgatarum constitutionum, quæ fuit septima Martij, M. ccccxc.

Nos verò præmissam sanctionem, non solum quoad gesta per ipsos Duces confirmamus, verum etiam ad inphudationes & concessiones nostras in dominio Mediolani, successorumq; nostrorum extendimus.

Prohibitum est Pheudatarijs, & separatam iurisdictionem habentibus, ne ab eorum hominibus, & subditis, quicquam exigant, ne quouis quæsito colore accipiant, ultra ea, quæ tempore eorum concessionis per Principem factæ exigebantur, sub pœna amissionis pheudi, & cuiuscumq; iuris quouis modo quæsiti fisco applicanda. Non possint Pheudatarij facere aliquas gratias de aliquo delicto, nisi respectu pœcuniariæ pœnæ, & confiscationis bonorum, quæ eis applicetur.

Iudicare in causis proprijs, Pheudatarijs non est permillum, nec per eorum officiales, nisi in casibus à iure expressis, sub pœna nullitatis, expensarumq; & damnorum, iuramento eius, cum quo lis agitata esset taxandorum.

Officiales Pheudatariorum biennales sint, in fineq; biennij curabunt Pheudatarij, ut sindicentur, & etiam ante, si contingat eos ab officio recedere, per indicatorem per eos nominandum, & à Senatu approbandum.

Interdictum est omnibus, siue communitatibus, siue singularibus personis, cuiuscumq; conditionis existant, iurisdictionem quomodocumq; in hoc dominio habentibus, ne directè vel per indirectum,

sum, cogant ciues aut incolas ciuitatum & terrarum aliarum Principis, alijs non concessarum, eorumq; fictabiles, vel colonos, super ipsorum possessionibus commorantes, (etiam si eos in locis subditis prædictis iurisdictionem habentibus, ut supra, residere contingat) ad fidelitatem præstandam, nec ad aliquod nouum onus reale vel personale subeudum, etiam ex causa reddituum, ex dictis possessionibus percipiendorum, quin ipsos quo voluerint, liberè, & sine aliquo impedimento, nouè vestigali, abducere possint. §. PROHIBITVM est etiam, ne contra ipsos, eorumq; res, & bona procedant vel procedi faciant, palam vel occultè, etià pro bonis sitis, & fructibus natis in locis separatis, quinimò nec eos ex quavis causa, vera vel simulata, quouis modo, pro aliqua differentia, ad se vel alios pertinente, siue ciuili sit, siue criminalis, trahant coram eis vel officialibus suis, nec ex officio, nec ad alterius petitionem, nisi in casibus in quibus, forensis aliàs compelli ratione contractus posset, sub pœna aureorum mille, priuationis Pheudi, & iurium suorum, ipso iure & facto fisco applicanda.

§. HABEANTVRQ; pro ciuibus, non solum illi qui uerè ciues sunt, sed etiam illi qui sunt in possessione, seu quasi, saltim per decennium separatim soluendi, onera, non cum ruralibus, sed separatim tamquam nobiles. §. NEC ciues ex Priuilegio hac constitutione comprehenduntur, nisi transfulerint totam, vel maiorem partem familiæ ad ciuitatem, ad incolendum. §. Non comprehendit etià hæc constitutio emphiteotas, nec pensionantes ciuium, & nobilium, nec etiam colonos, vel fictabiles, ciuium vel nobilium bona immobilia colentes, vbi hi colerent bona immobilia propria, vel quæ à subditis pheudatariorum conduxissent, quæ maioris quantitatis forent, eorum quæ à ciuibus conduxta haberent, quia hi omnes sub iurisdictione quò ad omnia Pheudatarij sunt. §. PARIT modo non comprehenduntur non subditi huic dominio, nec subditi alterius pheudatarij, qui non sint coloni, vel fictabiles ciuium, conuenire volentes subditum alterius pheudatarij, quia eo casu coram iudicentibus pheudatarij conueniendus est. §. QVONIAM si oriatur lis inter ipsos iurisdictionem habentes, ut supra, vel inter ipsos & eorum subditos, & alios nobiles, ciues, vel rusticos, siue iurisdictioni non suppositos, vel ratione contractus forum non sortitos, his casibus, sit Iudex competens maior Magistratus illius ciuitatis, vel oppidi principalis, in cuius districtu locus inphudatus vel separatus esse consueuerat, cum plena, & ampla potestate procedendi summarè simpliciter, & de plano, sine strepitu

*maisonij*

*gaudere priuilegio ciuium*

*non sunt ciues, capiti-  
= scoto nec pensionarij  
nec coloni*

*colite pœcuniarum ad  
maioris magistratus*



pitu, & figura iudicii, ac ipsa facti veritate inspecta, ac facultate arbitratia multandi contumaces, pœnis tamen fisco applicandis. §. Non coganturq. ciues, & dicti nobiles, & alij non subditi, iurisdictioni memoratorum, vtsupra, pro bonis, tam mobilibus, quàm immobilibus, in eorum iurisdictione existentibus, seu pro causis inter eos, & eorum colonos, & fctabiles, ex quacunq; causa coram eis vel eorum officialibus agere, vel respondere, sed hæc fiant coram ipso maiore Magistratu, sub pœna de qua supra. §. POSSUNT tamen iudicantes, iurisdictionem habentium, vtsupra, cogere omnes, etiam compræhensos in præsentis constitutione maioris Magistratus, ad solutionem imbotaturarum, & datorum, per Principem vel fscum in eos habentes iurisdictionem translatorum, & contributionem onerum salarij Pratoris. §. Et etiam aliorum quorumcunq; onerum, modo summa aureos tres non excedat, & præmissi sint in quasi possessione soluendi. §. TENENTUR iurisdictionem habentes, si coram eis, vel eorum officialibus, iusticia petatur, contra eorum subditos facere ius summarium, & expeditum de plano, & sine strepitu & figura iudicii. §. NOTARIJ autem rogantes acta & processus contra formam præsentis constitutionis incurrant pœnam ducentorum aureorum pro qualibet vice, pro dimidia fisco, & reliqua accusatori applicandam, & alia grauiori pœna, arbitrio Principis vel Senatus punientur.

Si contingat crimen committi, in quo vnus, vel plures sint compræhensi in præcedenti constitutione maioris Magistratus, & alij sint subditi iurisdictionem habentium, ne sequatur absurdum, quod diuersa sententiæ ferantur, sancitum est, quod ad omnes, maiorem Magistratum cognoscere debere, sed respectu subditorum pœudatarij, confiscationes, & item condemnationes pecuniarias pœudatarijs applicandas esse.

DE DONATIONIBVS.

Hæc Constitutione sancitum est, ne quis audeat quauis causa, aut occasione, cuiusuis status, & conditionis existat, bona aliqua immobilia, cuiusuis generis fuerint, inter viuos donare, nec principaliter, nec in consequentiam, nec aliqua iura titulo lucratiuo in alium transferre, & cedere, notariolq. de huiusmodi donationibus, iurium cessionibus, & translationibus, publica instrumenta conficere non posse, nisi donatores, & donatarij, cedentes, & cessionarij iureiurando in actu earum affirmauerint,

*potunt iure cogi ad solutionem imbotaturarum, et aliorum onerum modo facta aureorum tres non excedat*

*si crimen committunt fuerint ob opitanti et a ciuibus et pœna = lib. causa expedit = eat ad ma. mag. et confiscationes vel pecuniarias condemnationes sub pœudatarij*

uerint eas esse veras, non autem fictas, nec simulatas esse, neq; in fraudem alicuius, sed sincero mentis affectu, & bona fide ad huiusmodi donationes, & cessiones deuenire, & absq; vlla pacto ne, palam, vel secretò facta, quod vllò vnquam futuro tempore retrodatio vel retrocessio fiat de bonis iam donatis & cesis, vtsupra. §. DONATIONES, & cessiones, alio modo factæ, nullæ, & irritæ sint. §. NOTARIJ qui contra formam istius constitutionis instrumenta conficient, tabellionatus officio, ipso iure per annum priuati erunt.

Et quia plerunq; euenit donationes, & cessiones fieri absentibus & pijs locis, ita quod in actu per donatarios & cessionarios iuramentum præstari non potest, ideò sancitum est absentes, & deputatos locorum piorum, habita notitia earum donationum, & cessionum in actu acceptationis earum iuramentum præstare debere, valereq. ac si in actu confessionis ipsarum donationum, & cessionum præstitum esset. §. Hæc donationes, & quæcunq; aliæ donationes, siue omnium bonorum, siue partis, quæ minor non sit dimidia, publicari debet voce præconia intra mensem, postquam factæ erunt, ad loca solita ciuitatum, vbi id fieri solet, & hoc tribus diebus in vna hebdomada; quod si factum non fuerit sint nullæ, nulliusq. momenti.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

QVILIBET dominio Mediolani subditus acquirere potest in quibuscunq; locis huius domini, & ipsorum locorum territorijs, etiã quod nõ sit suppositus iurisdictioni eorum locorum in quibus bona acquiruntur, non obstantibus dispositionibus iurium municipalium earum ciuitatum, & locorum. Bonis tamen ipsis transeuntibus cum onere suo, & sine fori declinatione.

Innotuit plures alienationes factas fuisse bonorum, quæ quandoq; etiam in emphiteosim concessa fuerunt, nulla facta expressione loci, seu quotæ, sed solum expressa aliqua parte ex proprietate maioris quantitatis, vnde in dubium restitabatur, an ex huiusmodi contractu dominium & possessio translata essent, ideò ad id tollendum, sancitum est, quod propter allegatam incertitudinem loci, & quotæ, allegari non possit dominium & possessionem non esse translata, & id in præteritis & in futuris contractibus seruari debere.

DE

*Donatio potest fieri absente donatario per donatores sed quia in actu per donatarios iuramentum ad for. præconia præstari non potest, illud ad loco ex parte præconia debet fieri habita notitia donationis vel cessionis - Donatio publicas, et si minor dimidia bonorum non*

*Acquisitiones fieri possunt in quocunq; loco status per subditos etiam si habitauerit extra locum acquisitionis*

*in contractibus dominium et possessio, quod præstat et præstat (propter incertitudinem loci) minime allegari potest, non sit*



EMPHYTEOTA alium emphiteotam inuito domino facere non potest. §. Nec etiam eo irrequisito rem emphiteoticam alienet, & ubi possessionem actualem, seu tenutam tradat, non excusetur à caducitate, etiam quòd in contractu appositæ sint clausulæ resolutiuæ contractus, sub quacunq; forma verborum conceptæ sint.

DE VLTIMIS VOLUNTATIBVS,  
ET CERTIS CONTRACTIBVS  
REGISTRANDIS.

NOTARIJ tenentur instrumenta dotalia, & protestationem rerum paraphernalium, à die eorù confectionis intra mensem registrari facere, Mediolani ad officium Panigarolarum, & in aliis ciuitatibus ad arc huius publica vel loca solita, super vno libro, ibi tenendo expensis cuiuslibet ciuitatis, hoc modo scilicet, ponendo contractus, nomen, & diem, ac partium nomina, & cognomina, ipsiusq; notarij nomen & cognomen, & hoc sub pœna aureorum quinquaginta ipsi notario qualibet vice auferenda, pro tertia parte communitati illius ciuitatis, pro tertia collegio notariorum, residua accusatori applicanda, & alia grauiori pœna arbitrio Principis vel Senatus. §. Idem facere habent de donationibus. §. Et item de omnibus contractibus, vel quasi, ubi adsit prohibitio alienationis bonorum. §. Et etiam de testamentis, & qualibet alia vltima voluntate, siue in eis contineatur prohibitio alienationis, siue non, etiam viuentis testatore, si tamen testator voluerit, si minus intra mensem post eius mortem, si tunc notarius viuet, & de morte testatoris notitiam habuerit, si verò defunctus fuerit, vel ante mortem testatoris, vel intra tempus registrationis faciendæ, teneatur notarius habens auctoritatem ea instrumenta explendi post habitam auctoritatem, id à die scientiæ intra quatuor menses facere, sub eadem pœna. §. REGISTRATIONES autem hoc modo faciendæ sunt, ubi testamentum vel alia vltima voluntas, fideicommissum, vel prohibitionem alienationis non contineat, talis condidit testamentum, annum, mensem, & diem confectionis exprimendo, ac ipsius notarij nomen, & cognomen, ac habitationem, si verò fideicommissum vel substitutionem, aut prohibitionem alienationis contineat, etiam de eis mentionem facere teneantur. §. Quòd si prædicta per notarios obseruata non fue-

fuerint, non propter hoc contra ea instrumenta de nullitate opponi possit, sed contra eos notarios ad pœnam procedendum est. §. Et non solum in futurum notarij hæc seruare habent, sed etiam respectu dictorum instrumentorum, quæ confecta sunt ab anno, M. D. xxx. citra, intra tamen sex menses proximè futuros. §. SVB eademq; pœna notarij tenentur cōtractus emphiteoticos intra decem dies à die eorum confectionis, & respectu iam factorum ab anno M. D. xxx. citra, intra sex menses modo præmisso registrari facere, eoq; casu sufficiat si nomen emphiteotæ cum loco, & summa bonorum emphiteoticorum, & canonis præstandi expresserint. §. HAEC registrationes gratis fiant, sub pœna amissionis officij, & alia grauiori pœna arbitrio Principis vel Senatus.

DE TRANSVMPPTIS FACIENDIS.

INSTRUMENTORVM, aliarumq; scripturarum publicarum, transumpta fieri possunt coram quocunq; Iudice competente illius qui transumptum fieri petit, modò tamen in eo conficiendo intersint etiam Abbates, vel consules collegij notariorum illius ciuitatis, vel duo eius collegij Antiani, & etiam ex eo duo alij notarii. Et eo amplius Iudex transumptum subsignet, & ipsi quatuor notarii ei se subscribant, annum, mensem, & diem in ea subscriptione exprimendo, quibus peractis, fides adhibenda est ei transumpto, sicut originali. §. FIERIQ; potest transumptum sine aliqua citatione, & habeatur pro solemniter facto, nec contra illud opponi possit, nisi contrarium appareat per inspectionem imbreuiaturæ ipsius instrumenti, vel publicæ scripturæ, de qua transumptum factum foret. §. AMPLIVS sancitum est etiam de transumpto modis præmissis facto, aliud transumptum fieri posse & valere. §. Et etiam de instrumentis ex auctoritate expletis, modò tamen de breuiatura instrumenti cõstet, & seruentur solemnitates, quæ supra.

LI-



## LIBER QVARTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, ET  
DENVNTIATIONIBVS.

**N**ATIONE & vsu compertum est, nil esse, per quod populorum quieti magis consulatur, quam si prouinciarum malis hominibus purgentur. Quod ut facilius per iudicantes fieri possit, & ne ob occultationem, vel ignorantiam delictorum, delicta ipsa impunita remaneant, sancitum est, vnamquamq; villam vel terram, vnum vel plures consules eligere debere, & vnamquamq; parochiam Antianum, vel Antianos in principio cuiuslibet anni, sub poena aureorum quinq; fisco applicanda. §. QVI Antiani & Consules, etiam pro delictis commissis in capsinis separatis, quae alium consule non habeant, (quas eo casu ad ipsius consulis salarii solutionem teneri volumus pro earum portione) teneantur denuntiare, & in scriptis dare iudicanti, sub cuius iurisdictione fuerint, omnes violentias, robarias, inuasiones, agrorum depopulationes, assassinamenta, homicidia, raptus virginum, & mulierum, incendia, vulnera cum sanguine, insultus cum armis, fustibus, vel lapidibus, percussiones etiam sine sanguine, quae fierent, committerentur, a solis ortu vsq; ad occasum, & hoc saltem in sequenti die criminis vel excessus commissi, si crimen vel excessus commissus fuerint in loco ubi residet Iudex, si vero in alijs locis, intra tres dies, a die criminis, vel excessus numerandos. §. Et etiam id facere teneantur in praedictis, quae noctis tempore commissa erunt, intra tamen decem dies, a die commissi criminis numerandos. §. HAEC omnia deferre habeant, expressa qualitate huiusmodi malefactorum, delictorum, vel criminum, ac tempore commissi delicti, locoq; eius debite terminato, cum nominibus, & cognominibus eorum qui delicta commisissent, vel committisissent. Et eo amplius in ea delatione inserant nomina & cognomina testium, qui ipsis delictis interfuerunt, aut de eis erunt quomodolibet informati, & haec omnia seruare tenentur Consules, & Antiani praemissi, siue pro huiusmodi delictis sit imponenda poena corporis afflictiva, aut confiscationis bonorum, siue pecuniaria, & separatim, aut coniunctim, & siue haec poena fisco

*crimina noctis  
tempore commissa  
denuntiantur intra  
decem dies, et intra  
tres dies de die*

fisco Principis, siue communitati loci, vel alteri personae, in totum, vel pro parte applicentur, sub poena aureorum decem, in casibus in quibus poena corporis afflictiva, vel confiscatio bonorum imponenda sit, in reliquis dimidia, & nihilo minus intra similes terminos ea delicta denuntiare teneantur sub consimili poena, ultra alias poenas a statutis locorum irrogatas, quas si Consules, & Antiani inhabiles ad soluendum fuerint, teneantur communia, & incolae locorum, ac vicini pro eis. §. CONTRA eos procedant iudicantes, etiam ad executionem poenarum, qui si in praemissis negligentes fuerint, sciant ex aere suo proprio se fisco damnosum refarcituros.

*poena est aureorum  
decem*

Delatis criminibus, vel modo praemisso, aut per accusationem, vel querelam, teneantur iudicantes super eis processum debitum inchoare, prosequi, & finire, secundum formam, tempus, & instantiam a statutis civitatum & locorum, in quibus iurisdictionem exercere limitatam, & sub poena in eis contenta, vel ubi non sit imposita, retentionis salarii trium mensium, & plurimum arbitrio Principis, vel Senatus, quotiens contra factum fuerit. §. VBI vero a statutis certa forma data non sit, teneantur iudicantes sub eadem poena, intra dies quindecim processum inchoare, eumq; intra alios sexaginta dies continuos, non computatis tamen feriatis in honorem Dei, terminare & finire, quae si facere omiserint, puniri possint, etiam non expectato iudicatu.

Eo amplius iudicantes illud seruare habent, ut in huiusmodi processibus faciendis, ad omnia & singula acta praedicta, etiam ante inquisitionem formandam, vsq; ad sententiam definitiuam inclusu, citari faciant iniuriam passum, aut eius haeredes vel successores, personaliter, vel ad eorum solitam habitationem, si in ciuitate vel districtu habitare soliti sint, & ubi solent ex forma statutorum citari, necnon etiam procuratorem fiscalem, personaliter vel ad domum habitationis solitae, ubi ad sit, idq; seruetur siue procedatur ad denuntiam, querelam, vel accusationem, aut inquisitionem, etiam ex mero officio, ad hoc, ut procuratores, fiscales, & offensi, vel eorum haeredes, ut supra, assistant in probationibus faciendis, & informationibus dandis.

Si quis quempiam calumniose detulerit, vel accusauerit, aut notificauerit, condemnetur in expensis in duplum, parti refarciendis, eadem sententia, qua reus absoluetur, ultra poenas a iure inflictas.

Rei carceribus incipari non possint, nisi ex aliqua imputatione, nisi ex ea ingeratur poena corporis afflictiva. §. PARI MODO non fiat descri-

G. ptio-

*Calumniator in  
duplilibus expensis  
condemnetur*



ptiones bonorū, nisi p delictis p quibus veniant cōfiscāda bona. Mortuorum damnari memoria, bonaue eorum publi cari nō possint, pretextu alicuius delicti, nisi in casibus à iure cōmuni pmissis. Ex causa iuramenti in iudicio delati, siue in contractibus quibuscunq; facti, vel cum eridis factis nomine priuatorum, quis cōtradicat, in casibus in quibus potest procedi, de iuramento falso, iuramentum non possit dici falsum, seu non verum, nec aliter contra eum, qui iurauit, quouismodo procedi, nec puniri possit ciuilitate, nec criminaliter, nec ex officio, nisi dicatur infra mensem vnum continuum à die iuramenti præstiti.

Si in eadem iurisdictione duo, vel plures Iudices concurrant, contingatq; pro eodemmet delicto per vtrūq; Iudicem procedi, ille qui ex ipsis prior processum inchoauerit, ipsum prosequatur, & finiat, alteriq; interdictum sit ea de causa procedere. Quod si super præmissis dubium oriatur, adinuicem acta conferat, vt ex eis cognosci possit, quis prior processerit, & intelligatur prior processisse, qui primus inquisitionem transmiserit, quod si eadem die concurrant transmissio, & captura rei, præualeat in procedendo Iudex capturæ. Volumus tamen quod in præmissis casibus præferatur ille iudex, qui de grauiori delicto inquirat.

In causis criminalibus consilium sapientis non detur, quibuscunq; statutis ciuitatum, & terrarum non attentis.

Iudices in causis, capitalibus, & grauibus, in quibus pœna corporalis est imponenda, ipsimet testes examinent, & notarij iussu eorum iudicum præsentium, & distantium, eorum testium attestations in scriptis redigant, sub pœna notario decem aureorū pro qualibet vice, & alia grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus. Hoc tamen non pertinet ad testes assumēdos ad informationem curiæ ante formandam inquisitionem. §. OMNES tamen hi testes plenè, & perfectè sunt examinandi, etiam super generalibus, & eorum dicta integrè describenda, ad hoc, vtscribi possit quanta fides sit eis adhibenda.

Omnibus iudicentibus interdictum est procedere per præcepta pœnalia contra imputatos de maleficio, expressa, vel non expressa causa, inconsulto Senatu, sed procedere habent seruatis seruandis. §. NEC etiam admittere possunt delationes criminum, nisi is qui deferat, nomē & cognomen exprimat, nec super eis alio modo procedi possit, & si procedatur, processus sit nullius valoris, & momenti, Iudexq; puniatur arbitrio Principis vel Senatus.

Omnes iudicentes teneantur in fine cuiuslibet mensis, Quæstio-  
ribus

ribus extraordinariis omnia nomina & cognomina reorum delatorum transmittere, vbi de interesse fisci agi possit, exprimentq; qualitatem delictorum, & qui processus expediti fuerint, expediendiq; sint, sub pœna amissionis salarij trium mensium, quoties id non obseruauerint, fisco applicanda. §. FINITOQ; officio, à loco officij non discedent, nisi prius præsentibus Aduocato, & Sindico fiscalibus, & Sindicis, vel rationatoribus ciuitatum, si interesse voluerint, & curauerint, quod omnia acta, & processus ac rescripta remaneant penes notarium officij, si in officio perseuerent, sin minus omnia præmissa per inuentarium consignentur notario successori, qui de eis bonam rationem teneat, & antecessori suo pro his, de debitis emolumentis respondeat.

Et quia quandoq; ad falsas relationes seruitorum, & exequutorum pro prohibitis exequutionibus, vel ablatiis pignoribus, contra fontes ad inquisitionem, & quod peius est, ad condemnationem, iudicantes procedunt, ideo sancitum est, eos à præmissis abstinere debere, nisi hi seruitores, & exequutores ab officialibus legitimas licentias pignorandi, in scriptis habeant, & huiusmodi prohibitiones, vel pignorum ablationes factæ fuerint in præsentia Consulis loci, vel Antiani parrochiæ, vbi eorum copia haberi poterit, sin minus, in duorum testium iuratorum præsentia, vbi hæc in Ciuitate, castro, burgo, vel uilla mœnibus circumdata acta sint. §. IN villa mœnibus non circumdata, vel loco, aut capsiua, quæ Consulem non habeat, sufficiat vnus testis iurati præsentia, vltra seruitorem, & famulum. §. PROCESSVS alio modo quàm præmissis facti, non valeant: Iudicesq; contrafacientes incidant in pœnam aureorum decem pro quolibet, & qualibet vice, fisco applicandam, & aliam grauiorem, arbitrio principis, vel Senatus. §. CONSULES, & Antiani requisiti à seruitore, adesse teneantur sub pœna aureorum trium, quoties contrafecerint.

In casibus in quibus condemnatio pecuniaria faciendæ est, vbi ad sit pax, vel remissio offensi, aut eius hæredum & successorum, alio modo procedi non possit, nisi hi sint, in quibus ex officio procedere concessum est.

Sancitum est, quod vbi agitur de tertio furto, vel vltiori, furi remissionem partis non prodesse.

Iudices in causis damni dati, ita demum ad expeditionem deuenire possunt, si citatio peremptoria ad instantiam partis transmissa fuerit, & parte instante, & non alio modo.

Procedant iudicētes cōtra absentes imputatos de aliquo crimine

*Consules et Antiani  
teneantur iurare  
famulo executionis*



eosq. citabunt ad domum vbi habitant, si certam habitationem in eorum iurisdictione habuerint, quod si non habuerint, citentur in ciuitate vel terra, in qua seu eius territorio, delictum commissum est, & ad valvas ecclesie maioris illius ciuitatis vel loci, & item citandi sunt ad loca publica & solita illius ciuitatis vel terrae, vbi de crimine cognoscatur, voce praconia in locis vbi proclamationes fieri solent. §. QVOD si quis deliquerit extra dominium in casibus, in quibus procedi potest, & certam habitationem non habeat in Dominio, citetur in forma absentis, & pro prima vice, duo agnati eius, si agnatos habeat, vel citandus est per literas subsidiales, si ita Iudici videbitur, hocq. modo citati, legitime citati sint, & intelligantur, qui si in terminis assignatis non comparuerint, ponantur in banno, in quo ipsis aliquo termino assignato, si in contumacia perseverabunt, & comparere negligant, habeantur pro conuictis, & confessis, & per sententiam diffinitiuam condemnentur in poenis ex constitutionibus, & ordinibus statutis, & fiat exequutio per eos Magistratus ad quos spectat. §. BONA Q. eorum reorum publicentur iuxta formam constitutionum.

Inleuerat abusus, quod ad denuntiam consulis, vel Antiani, aut ad simplicem querelam partis cum iuramento, per iudicantes inquisitiones formabatur pro iniuria verbali, ea propter sancitum est pro iniuria verbali non nisi ad querelam partis procedi posse. A sententia lata in causa criminaliter mota, & criminaliter decisa, siue interlocutoria, siue diffinitiuam sit, etiam respectu interesse partis in ea sententia comprehensi, non possit per quempiam appellari, querelari, nec de nullitate dici, nec in integrum restitutio peti, nec alio iuris remedio uti, sed exequutioni mittatur. §. Possit tamen haberi recursus ad Principem, vel Senatum, qui secundum qualitatem casuum providebit. §. SED quia aliquando contingit quod damnati per sententiam, in contumaciam laram, omni remedio destituti, ad Senatum confugiunt, vtsupra, vt omnibus modis sibi ipsis consulant, petendo literas ad nouas defensiones, & reuisionis eiusdem sententiae, vel ex longo interuallo post sententiam, expectata interdum morte testium, & personarum de crimine informatarum, & etiam per prius obtenta pace ab offensis, vt his artibus sententiam elidant, & impuniti remaneant. Ea propter sancitum est, Senatum nostrum diligenter animaduertere debere antequam has literas concedat, naturam criminis, indiciaq., ac diurnitatem temporis post sententiam

CON-

considerare, & an in petente calumnia sit, secundumq. qualitatem casuum, eas literas quandoq. concedere, vel denegare. §. Non intelligantur tamen literae praedictae ad nouas defensiones habere effectum, quod ad bona lapsa anno a die sententiae. §. Concessis per Senatum literis ad nouas defensiones, Iudices contra reum ad quaestiones, & torturam, non deueniant Senatu inconsulto, sed referant iuxta ordines. §. HAE C constitutio etiam ad condemnationes pecuniarias pertinet, intratamen annum a die sententiae numerandum.

## IN QVIBVS CASIBVS CRIMINALITER

PROCEDI NON POTEST.

SCIANT Capitaneus iustitiae, & omnes Iudices, quantamcunq. amplam auctoritatem habentes, circumscriptis omni auctoritate, & arbitrio, si quod haberent, ultra ius, eis non licere, sub poena indignationis Principis, contra quempiam procedere per querelam denunciam, vel accusationem, nec alio quouis modo pro aliqua re, vel causa, seu asserto delicto, quae vel quod sumi possit ex negotio, quod originem habuerit a contractu, & sapiat naturam contractus, & vbi alio modo processum foret, is processus pro nullo habeatur, sitq. nullius efficaciae, valoris, & momenti. §. HAE C tamen sanctio non comprehendit casum vbi vis interuenit, nec etiam vbi contractus dolose initus reperiatur. §. TENENTVR quoque iudicantes probationes inquisiti, volentis probare rem habere originem a contractu, admittere, absq. eo quod se in carceribus constituat, ipso tamen fideiubente de fuga non facienda, & de se constituendo, casu quo postea teneretur se constituere, sub poena arbitrio iudicantis imponenda, attenta semper rei & personarum qualitate.

## DE CRIMINE LAESAE MAIESTATIS.

IN omni crimine laesa Maiestatis, rebellionisue, siue turbationis status, rei citandi sunt ad domum solita habitationis tempore delicti, & illa cessante, vbi aliquando habitare consueuerunt, tempore tamen commissi delicti, & ad loca publica illius ciuitatis, vel loci, in forma, in qua absentes citari solent, hisq. cessantibus, in loco delicti, & ad loca publica eiusdem, iuxta solitum locorum, quod si delictum extra dominium committatur, certa q. non esset habitatio

G iij de-

*Nisi ad querelam partis  
procedit pro iniuria  
verbali*



delinquentis, vel ubi habitare consueuerat, citandus est in loco originis propria vel paternæ, necnō ad loca publica, iuxta solitū ipsius loci. §. Possit quoq; fieri citatio, tam per edicta, quā alio modo, in casibus tamen à iure permissis. §. Iudices in præmissis considerare debent in danda dilatione maiori, vel minori, habita ratione ubi sit, vel verisimiliter esse possit citandus, & insuper procedere possunt per accusationem, denuntiationem, inquisitionem, & aliter, etiam per præcepta pœnalia, sub pœna confessi & conuicti criminis, summarie, ac ipsa facti veritate attenda omnibus iuris, & statutorum solemnitatibus omisis.

Quicumq; crimen læsæ Maiestatis, vel rebellionis commiserit, is ipso iure crimen læsæ Maiestatis, & rebellionis incurrisset intelligatur, vltimoq; supplicio afficiatur, & bona eius fisco applicata intelligantur, vltra alias pœnas à iure communi impositas. §. Non possit tamen post mortem procedi, nisi in casibus alias à iure permissis. Si quis personam Principis vel Locumtenentis generalis offenderit, vel offendere attemptauerit, aut praticauerit, tam ipse, socij, & participes, quā horum conscij, qui non reuelauerint, scindantur in frustra, locisq; eminentioribus ciuitatis affigantur, donec consumpta erunt, bonaq; eorum allodialia & feudalia confiscentur, & sententia etiam in contumaciam lata, omnibus præiudicet. §. ASCENDENTES verò, & descendentes, ac alij secundum iuris communis formam puniantur.

#### DE RAPTVMVLIERVM.

RAPTORES mulierum honestarum, aut eis vim inferetes, etiam si copula non sequatur, pœna capitis puniendi sunt, ita quòd moriantur, & etiam confiscationis bonorum. §. Et non solum ipsi sed etiā eisdem pœnis teneantur qui eos comitati fuerint, vel ad id auxilium consiliumq; & fauorem dederint.

Imputatus de raptu, aut de vi mulieri illata minimè probare possit eam fuisse inhonestæ vitæ, modò rapta aut vim passa, habitaret cum patre, aut matre, vel marito, aut fratribus, aut patruo, vel auunculo, aut amita, & etiam si sola habitaret, & eam in vicinia honestæ vitæ existimari per duos integræ opinionis testes probetur, & si contrarium in dictis casibus probatum fuerit, non releuet, quinimò accusati, complices, auxiliatores, pœnis ex præsentibus constitutionibus, & à iure communi illatis puniantur.

§. CAETERVM omnes qui de vi, aut mulierum quarumcunq; raptu, etiam quòd prostituta sint, rei fuerint, necnon participes, & auxilia-

xiatores puniri poterunt, non solum iuxta iurium municipalium dispositionem, sed pro arbitrio Principis vel Senatus, etiam corporaliter, secundum qualitatem delicti & personarum.

#### DE BANNITIS, ET RECEPTIONIBVS.

##### BANNITORYM.

QVOTIENS aliquem pro crimine præsentem, vel contumacem banniri contigerit, is publicetur in locis solitis, & in albo apud officium Iudicis bannientis describatur cum causa, & delicti qualitate. Insuper ubi in ciuitate vel ducatu Mediolani banniantur, Iudices quantumuis separatam iurisdictionem habetes, curent cum effectu intra dies octo immediatos post bannum, bannitos similiter describi in albo Panigarolarum, in aliarum verò ciuitatum territorij, aut districtibus in albo Prætoris illius ciuitatis, in cuius territorio, aut districtu iudicent. Et hoc sub pœna priuationis officij, & alia grauiori, arbitrio Principis vel Senatus.

Nulla persona cuiuscunq; status & conditionis sit, audeat vel præsumat, scienter receptare, vel permittere quòd in suo, vel super suo receptetur aliquis bannitus, vel condemnatus de aliqua ciuitate, vel terra huius dominij de aliquo crimine, ex quo pœna mortis, mutilationis membri, seu etiam alia pœna sanguinis veniat imponenda, nec ipsis bannitis præbere aliquòd consilium, nec auxiliū. Quod si contrafecerit, ipso facto incurrat similem pœnam, quam bannitus pati deberet. §. Si fuerit commune, & collegiū, vel vniuersitas, quæ bannitum vel condemnatū receptauerit, vel ei dederit auxiliū vel consiliū, & intelligatur auxiliū dedisse, cum in eorū locis banniti per biduum steterint, cōdēnetur in pœna aureorum ducentum, & grauiori arbitrio Principis vel Senatus. §. PHEVDATARIJ quantumcunq; latam concessione, & exemptionem habeant, & etiam communita, & vniuersitates, quæ gaudeant priuilegio immunitatis, vel exemptionis, non præsumant bannitos ex quauis causa, scienter in eorum domibus, terris, villis, & castellis, ac iurisdictione, receptare, nec eis dare auxiliū, vel consilium sub pœna, si pheudatarij sint præsentem in loco, amissionis pheudi, priuilegij, immunitatis, & exemptionis concessorum à Principe, etiā ex pacto vel conuentione, vel aliter quouis modo, etiam quòd clausulam derogatoriam habeant, & alia pœna grauiori, arbitrio Principis vel Senatus, in quas ipso iure & facto incurrant. §. Pœnis prædictis præmissi non tenebuntur, si bannitos deti-



nuerint, & Iudici ad quem spectant consignauerint ea die vel sequenti. Et ubi ob potentiam bannitorum eis resisti non possit, sufficiat, quod in eo termino iudicanti notificent. §. Vbi verò domini absentes sint, officiales, Potestates, & Castellani eorum, necesse habent bannitos ibi commorantes detinere, etiam quod non sint banniti in dictis locis, & pheudis, & statim moneant Principem, vel Locumtenentem, aut Senatum, nec etiam audeant receptare bannitos, minus eis dare auxilium, vel consilium, pœna qua supra. §. PUNIANTVRQ; officiales pœmissi priuatione officij, ita quod intra triennium non possint amplius ipsum officium exercere, & alia grauiori pœna, etiam corporali arbitrio Principis vel Senatus.

Capitanei tam peditum, quàm equitum, in eorum turmis, bannitos ex causa capitali in dominio non habeant, quod si habuerint & non expellant, vel Capitaneo iusticiæ non consignent, eadem pœna qua bannitus, omni exceptione remota, punientur.

Imputati de receptatione alicuius banniti, non excusentur ex eo quod probent tolleratos esse bannitos, nisi probent tollerantiam à Principe, Locumtenente, vel officialibus ciuitatum habentibus merum & mixtum imperium.

Banniti ab officialibus eorum qui separatam iurisdictionem habent, intelligantur banniti à toto dominio, & e contra.

Non possint iudicantes procedere pro receptatione bannitorum, vel auxilio, aut consilio eis dato, contra parentes pro filio, socerum & socrum pro genero, & nuru, & e contra, uxorem pro marito, aut e contra, nec contra fratrem pro fratre in eadem habitatione communionem habente, Principe aut Senatu inconsulto.

## DE PŒNIS.

Quicumque falsificauerit, vel falso mutauerit sigillum, literas, instrumenta, vel scripturas Principis, Locumtenentis, vel Senatus, vel falsum circa pœmissa, vel aliquod pœmissorum commiserit, igne comburatur, ita quod moriatur. §. MODOQ; pœmissio veneficos, & assassinos puniri sancitum est.

Latrones viarum, & hostili more inuadentes territoria Principis, & vias publicas, si homicidium non commiserint, hoc modo puniantur, vt vincis manibus ad caudam vnus equi alligentur, & per publica loca illius ciuitatis vel loci, ubi pœna imponetur, ducantur ad locum iusticiæ viuui, horis quibus maior pars hominum

COR-

conuenire solet, & furcis suspendantur, laqueoq; inibi vitam finiant. §. Si verò robariam & homicidium commiserint, vel homicidium tantum grauiori pœna plectendi sunt, nam postquam ad locum iusticiæ modo pœmissio ducti fuerint, ibi cum textura membrorum suorum in rota lignea intertexti debent. §. OCCIDENS dolose dominos, vel personas cum quibus habitat, & moram trahit, vel uxorem aut liberos, aut aliquem pœdictorum, aut alicuius eorum, eadem pœna puniatur. §. DANTES ad pœmissa in pœsenti sanctione comprehensa scienter, & dolose ad id auxiliu, vel consilium eisdem pœnis teneantur. §. RECEPTANTES scienter pœdictos, vel aliquem ipsorum ducantur viuui ad caudam equi ad locum iusticiæ, & ibidem laqueis furcis suspendantur, donec animam emittant. §. Hi tamen receptatores puniendi non erunt, si infra secundam diem post receptationem delinquentes Iudici competenti consignabunt, vel operam efficacem nauauerint, vt cõsignentur. §. BONA, res, & iura pœmissorum omniu, ex tempore commissi malefici ipso iure, & facto publicata, & cõfiscata sint, & esse intelligantur fisco secundum formam aliarum cõstitutionum Quicumq; cuiusuis sexus, in mortem alicuius coniurauerit, siue sequutus fuerit effectus, siue non, & quicumq; huiuscemodi coniurationis, & tractatus particeps erit, citra spem remissionis laqueo vitam finiat, aut capitis amputatione puniatur, ita quod moriatur, bonaq; omnia fisco, secundum aliarum constitutionum formam deuoluantur. Si quis verò horum participum huiuscemodi tractatus, & coniurationis, eam antequam effectum sortiatur, detexerit, is qui primus detexerit, ab omni tam personali quàm reali pœna solutus & liberatus intelligatur, & ei in pœmium quarta pars bonorum principalis, & auctoris coniurationis detur. §. Vbi tamen aliquis eorum, qui tamen principalis non sit, & ex causa pœdicta exul fuerit, alteru ex ea causa exulem, tam in dominio quàm alibi occideret, vel vinetè, in potestatem Principis consignaret, ei quod ad personam gratia fiat, dum tamè in casu, quo sequutu sit homicidium, pacem habeat, & si ipse exul non fuerit, possit alium ex pari causa exulem nominare, & liberare. §. PHEVDATARI, & quicumq; alij subditi scienter alicui ex huiuscemodi homicidis auxiliu dantes, vel ubi pœsentes sint, in domo vel in loco in pheudato admittentes, incurrant eandem pœnam, quam homicida: pheuda, iura, actiones bona, & donata à Principe quocumq; tempore, ipso iure amittant. §. Vbi eadem pœna tenentur eos capere, & officialibus consignare, quod si facere non poterunt, in tempore detegant, aut denuncient.

G v Man.



Mandantes extra rixam homicidium, aut aliud quoduis maleficiū committi, etiam si homicidiū, vel aliud delictum nullo modo sequatur, nec attemptetur, puniantur ea pœna, quæ ipsi mandatario, casu quo delictum cōsumasset, imposita esset. §. EADEM quoq; pœna tenentur mādatarij, qui siue gratis, siue pretio, vel alio quouis modo, mandatum suscipient extra rixam, homicidium gladio, vel veneno, aut alio quouis modo cōmittendi, etiam si homicidiū ipsum non sequatur, seu attemptetur, qua puniri deberent, si homicidium perpetrassent. §. Qvōd si nec vulnus, nec consumatio criminis interuenerit, liceat mandantibus post factum mandatū pœnitere, & illud reuocare, modò tamen ex eo mandato aut eius causa factum, aut attemptatum delictum non sit, aut ante mandati reuocationem Iudici delatio facta non fuerit, & reuocatio mādatario infra illud tempus, re integra intimata fuerit. §. MANDATARIIS quoq; permissum est (vbi tamen homicidium commissum vel attemptatum non sit,) post susceptum mandatū pœnitere, & eam mandati susceptionem reuocare quibus per mandantem, mandatariumuè, non seruatis, pœnitentia nec reuocatio dati vel suscepti mandati allegari, nec ipsis opitulari possit. Ipsiq; mandantibus, & mandatarijs onus incumbat probandi pœnitentiam & reuocationem dati, susceptiuè mandati, modo quo supra. §. Si mandatarij crimen deferant, & ex delatione mandantes conuincantur, ea quæ conuenta erunt inter ipsos, & mandantes, & tantumdem de bonis mandantis in præmium delationis habebunt. §. Qvōd si se gratis obtulerint, condénatione sequuta, tenebitur fiscus ex bonis mandantis eisdem viginti quinque aureos dare, & etiam maiorem summam, arbitrio Principis, vel Senatus, inspecta qualitate facti & personarum. §. Qvōd si mandans mandauerit homicidium, vel aliquod aliud delictū committi, & mandatarius recuset, mandans puniatur etiam vsq; ad mortem inclusiuè, arbitrio Principis vel Senatus.

Homicida capite puniatur, ita quòd moriatur. §. Et tamquam homicida puniatur quicunq; etiam non sequente morte, tantummodo vulnerauerit, aut insultum cum telo euaginato fecerit, animo tamen deliberato occidendi, etiam si non lædat vel occidat. §. PAREMODO intelligatur quicunq; huiuscemodi pensato maleficio auxilium dederit, consiliumuè, quamuis etiam is manus ad opus non extendat.

Quicunq; sciens aliquem velle committere homicidium, vel aliud delictum pro quo veniat imponenda pœna mortis naturalis, eum

*Homicida, vulnerans et Animus delib. homicidij*

*Reuocatio malefactoris ante delictum, et post vel auct. l. i. et vide novel. fol. 86 leg. 30.*

receptauerit ante commissum delictum, vel aliter sciens ad id auxilium præstiterit, puniatur ea pœna, qua principalis puniendus esset. §. RECEPTANS autem sciens post delictum puniatur pœna ceterum aureorum, vel trium iētuum funis, & grauiori, arbitrio Principis vel Senatus. §. Si quis verò auxilium in rixa ad delicta præmissa committenda dederit puniatur arbitrio Iudicis iuxta qualitatem facti.

Si quis ex proposito aliquid fecerit, vt ex eo sequatur abortus, vbi fœtus sit animatus, puniatur pœna vltimi supplicij, & confiscatio nis bonorum. Quòd si fœtus non sit animatus, puniatur secundū qualitatem facti, arbitrio Principis, vel Senatus. §. VBI verò non ex proposito, ex quo sequatur abortus, sed alio modo aliquid fecerit, propter quod abortus sequutus sit, pœna arbitraria, etiam vsq; ad mortem, arbitrio Senatus puniendus est.

Iudæus carnali copula mulierem christianam cognoscens capite puniatur, ita quòd moriatur, & eius bona confiscentur. §. IDEM seruetur in Christiano Iudæam cognoscente. §. MULIERES verò arbitraria pœna puniantur.

Mulier adulterium committens puniatur secundum formam iuris municipalis, & vbi eo iure cautum non sit, arbitrio Principis, vel Senatus punienda est. *De iure civil. pœna capiti, ut ff. de leg. filia de adul.*

Parentes filiam prostituentes, & quilibet eorum, virgis cœdantur, & etiam grauiori pœna, arbitrio Principis vel Senatus puniantur.

Matrimonia clandestina esse non debent, sed cum interuentu parentum, & affinium vtriusq; partis facienda, secundum antiquas & bonas consuetudines, verum innotuit multa clandestinè in hoc dominio fieri. Ideo huic morbo occurrentes sancitum est, neminem operam dare debere, vt puellæ nobiles minoris ætatis annorum decem octo, (quæ tamen viduæ non sint) sponsalia, vel matrimonium tractent, vel de facto contrahant, sine licentia patris & matris (vbi tamen mater ad secunda vota non transfuerit) & in subsidium duorum ex proximioribus agnatis sanguine coniunctis, & in eorum defectum cognatis. Quòd si contrafactū fuerit, maritus dotem non lucretur, nec ante nuptialem donationē, nec quicquid aliud ex bonis vel iuribus ipsius vxoris, virtute cuiuscunq; contractus, vel vltimæ voluntatis, aut iuris municipalis, etiam quòd ex post consensus parentum, vel agnatorum, aut cognatorum accesserit. §. IDEM habeat locum in muliere maritum filium familias ducente, minorem annis viginti, sine consensu patris. §. OMNIBVS prohibitum est in huiuscemodi clandestinis ma-

*dispendi*

*Carnalis copula*

*adulterium mulieris puniendum debet puniri*

*matrimonia debent fieri ad interuentu parentum, et affinium vtriusq; partis quòd contrafactes sunt minores, et sub potestate, sicut puella nobiles annis 18 aut modo vidua non sit, et fil. fam. 20 sub pena mariti amissionis dotis, et Inromitentiæ supra hanc formam et hospitibus contrafactes contrafactes adest pena auctoris ducendi, et Notarij rogandi pinationis officij et alia arbitrio Senatus*



trimonij se intromittere, vel interesse, sine consensu parentum, & vtsupra, nec eos clandestina matrimonia contrahentes hospitari, sub pœna aureorum ducentum, & alia grauiori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus. §. NOTARIJ contractus aliquos in prœmissis, vel occasione prœmissorum cōficere non possint, sub pœna priuationis officij, & alia grauiori, arbitrio Principis vel Senatus imponenda.

Carnali copula cognoscens monialem professam, incedentē tamē in habitu, in monasterio, siue extra monasterium, capite puniatur ita quod moriatur. §. CVICVNQVE etiam laico interdictum est, sine Episcopi, vel superioris licentia speciali, monasterium monialium ingredi de die, nec de nocte, sub pœna aureorum centum pro prima vice, pro reliquis, pro qualibet earum in ducentis aureis condemnetur, & ictibus tribus eculei plectatur, pœnaq; prædicta pecuniaria pro duabus partibus fisco, pro tertia accusatori cedat, & si quis monitus iterato accesserit, puniatur pœna confiscationis bonorum, & etiam grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus, isq; accusator secretò tenebitur, si voluerit. §. EADEMQ; pœna tenebitur, qui sine superioris licentia, monialem hospitio accipiat, vel in domo teneat.

Quicumq; enssem, vel gladium animo aliquem offendendi, ad præsentiam Principis enudauerit, capite puniatur, ita quod moriatur & bona omnia confiscentur. §. SI verò id actum fuerit in loco vbi Princeps habitat, & exinde percussio cum sanguine facta fuerit, eadem pœna puniatur, vbi verò sanguis non exiuerit, etiam si delictum consummatum non fuerit, ei manus in qua magis potest abscindatur. §. SI autem quis in curia, in qua Senatus, & ceteri Magistratus resident, & in platea, quæ è regione curiæ est, enssem vel gladium enudauerit, & percussione cum sanguine fecerit, amputetur ei manus in qua plus potest, si verò non percusserit, amputanda ei manus est, in qua minus potest. §. QVICVNQVE verò in prœmissis locis, sine armis, pugno, vel manu, aliquem percusserit, & sanguis exiuerit, ictibus tribus eculei plectendus est, & carceri per mensem mancipandus, & alia grauiori pœna, secundum eorum locorum qualitatem arbitrio Principis, vel Senatus, puniendus, si sanguis autem non exiuerit, ictibus duobus funis, & alia grauiori, vtsupra, plectendus est. §. VBI autem fuste, baculo, vel lapide, aliquem percusserit, & sanguis exiuerit, præmissa pœna duplicata est, & pari modo duplicata est si sine sanguine id factum sit. Abutentes armis, si fuerit de die, condemnentur in tribus aureis,

si de nocte, duplicetur pœna.

Sodomitæ, tam agentes quàm patientes, igne comburantur.

Si quis fecerit robariam pecuniæ, vel rei valoris excedentis dimidium vnus aurei, extra Ciuitatem, vel burgos, villasue, & capinas, ac domos habitatas, furcis suspendatur, ita quod moriatur, si verò fuerit minoris quantitatis, puniatur arbitrio ludicis, in ære, vel persona, considerata qualitate personarum, & delicti. §. SI verò robariam fecerit in Ciuitate, burgo, villa, capina, aut domo habitata, pecuniæ, vel rei excedentis summam quinque aureorum furcis suspendatur, ita quod moriatur. A dicta summa infra puniatur pœna pecuniaria, vel corporali arbitraria pro prima vice citra mortem, pro secunda verò, vel pluribus, etiam vsq; ad mortem inclusuè. §. ET quia per statuta ciuitatum, & locorum cautum est, quod communia teneantur ad resarciendum damnum, vbi delinquens non reperitur, & quibusdam aliis casibus, ideo sancitum est, quod communia prædicta non teneantur ad resarcitionem damni in his quæ tempore belli committentur, vel quando aliàs per homines ipsorum communium resilli non potest.

Quicumq; fecerit, vel fieri mandauerit cartam falsam, vel acta publica falsa, vel falsificauerit, aut falsificari mandauerit cartam, vel condemnationem, aut attestations vel confessionem, aut testes, vel acta publica, vel alias scripturas, in toto, vel pro aliqua parte, super quantitate, re, vel iure non excedente quantitatem aureorum viginti, condemnetur pro prima vice in quadruplum, & per triduum continuum mitra vinctus producat in publicum. §. PRO secunda vice sit pœna amissionis manus, & pro tertia ignis. §. AB aureis viginti vsq; in quingentos aureos, pro prima vice sit pœna amissionis manus potentioris, pro secunda ignis. §. SI quingentos aureos excedat, sit in arbitrio iudicantis reum condemnare, pro prima vice, in amissione manus, vel ignis, inspecta qualitate facti & personæ, pro secunda verò vice omnino sit pœna ignis.

Si quis falsum testimonium dixerit, vt aliquis condemnetur in causa criminali, puniatur ea pœna, qua puniendus esset ille, contra quem falsum testimonium dixerit, si delictum de quo imputatus erat, commisisset, modò pœna minor non sit, quàm linguæ abscissionis. §. VBI verò pecuniaria pœna mulctandus esset, is testis mitra vinctus producendus est in publicum,

*Robaria facientes pecuniæ  
extra ciuitatem & excedentes  
dimidij vnus aurei furcis  
suspendantur*

*Falsum testimonium dixerit  
vnter ut aliquis condem-  
netur in causa criminali  
puniendus est ea pœna  
qua puniendus esset  
causatus*



& lingua priuandus. Econuerso si quis in causa criminali falsum dixerit, vt quis nocens absoluat, puniatur illa pœna, qua ille puniendus erat, vbi corpus afficiat, sin minus, si pecuniaria sit, priuetur lingua. §. Eisdem pœnis teneantur, qui scienter, & dolosè in causa criminali falsum, vel falsos testes produxerint, vel eis scienter, & dolosè vsi fuerint, poteruntq. interrogari, si velint vti dicitur testium, vel testibus, & interrogati, ad terminum per Iudicem statuendum, respondere teneantur, quod si non respondiderint, habeantur perinde, ac si nollent vti. §. VLTERRIS testis falsum dicens, & eum scienter, vtsupra, producens, in solidum teneantur, vnica tamen solutione sufficiente, reali, & personali actione, ad resarciendum damnum, & interesse causarum ex causa præmissa. §. Si quis verò falsum dixerit, vt quis absoluat, vel cōdemnetur in causa ciuili, amputetur ei lingua, eademq. pœna tenebitur producens, & vtsupra, & quilibet eorum in solidum tenebuntur ad satisfactionem damni. §. PUNIENTVR etiam iisdem pœnis qui sollicitauerint, aut operam dederint, vel consilium, vt quis testimonium falsum dicat.

Omnibus ciuibus, & incolis ciuitatum, & locorum dominij, quacunq. dignitate fulgeant, interdictum est, ne per se, vel per alium directè, vel per indirectum, creari se faciant ciuem, incolam, vel burgensem, socium, confœderatum, aut subditum aliarum ciuitatum, & terrarum, huic dominio non suppositarum, neq. etiam in eis ascribi, quod si etiam motu proprio fiat, huiuscemodi priuilegium acceptari non possit, nec etiam eo vti, sine diplomate Principis vel Senatus, sub pœna arbitraria Principi, in quam huic constitutioni contrafacientes, ipso iure & facto incurrant.

Omnis qui à Principe stipendium habet, si ab aliquo, ore tenus, vel in scriptis requiratur, ad finem, vt se abdicet à seruitijs Principis vel stipendijs, aut fidelitate, vt conducatur ad alia stipendia, vel seruitia teneatur id notificare Principi, vel officialibus, ad finem, vt ad eius notitiam deueniat, & eo amplius vbi tractetur de interesse Principis, requirentem capere, si possibile erit, nec sine licentia Principis relaxare, sub pœna arbitraria Principis, vel Senatus imponenda. §. SVB eademq. pœna omnibus, siue incolis, siue non, siue subditis, siue non, interdictum est, requirere, vel temptare aliquem vt remoueat à seruitijs, stipendijs, fidelitate, obedientia, reuerentia, vel subiectione Principis.

Nullus fossam ciuitatis Mediolani, nec aliarum ciuitatum, locorumuè munitorum, de die, nec de nocte transeat, nisi per portas con-

consuetas, sub pœna aureorum ducentum, vel trium ictuum funis, arbitrio Principis vel Senatus, secundum casuum qualitatem. Si quis non prouocatus, nullauè contumelia affectus, verbo vel facto, Doctore de collegio cuiusuis ciuitatis, ex causa proueniente ab exercitio muneris doctoratus, iniuriam intulerit, quicunq. is fuerit, puniatur, vltra alias pœnas à iure cominatas, in aureis ducentum, pro medietate collegio illius doctoris, & altera fisco applicanda, vel in ictibus tribus eculei, & in hoc credatur doctor cum vno teste fidedigno, possitq. contra hos procedi, tam ad offensi querelam, quam collegij, & etiam ex officio, per quemcunq. Iudicem causarum criminalium. §. IMPVTATVS audiendus non est, nisi se constituat, & non minus in carceribus iudicare tenetur, ac si imputatus esset pro alio delicto, ex quo pœna sanguinis esset imponenda. §. Si verò huiuscemodi iniuriam non prouocatus, vtsupra, & ex causa proueniente à patrocinio causarum, in aliquem causidicum de collegio notariorum cuiusuis ciuitatis huius dominij intulerit, puniatur in aureis quinquaginta, pro medietate fisco, & altera collegio illius causidici applicanda, vel in pœnam corporalem, arbitrio Senatus. Pariq. modo procedatur, vt de Doctore supradictum est.

Officiales condemnati ex aliqua violentia, extorsione, seu alio delicto, in officio exercendo commissio, vel eius officij causa, in posterum ad aliquod officium non admittantur, quod si placuerit Principi admittere, id fiat per diploma manu Principis signatum, in quo specificè exprimantur causæ condemnationis, nec alio modo impetrare possint officia, sub pœna priuationis officij, & confiscationis bonorum omnium, ipso iure, & facto, quæ si aureos cētum non excesserint, carceri per annum includendi sunt.

Collegijs, Vniuersitatibus, & deniq. omnibus, cuiusuis status, & conditionis sint, interdictum est, per se, vel per interpositas personas, directè nec per indirectum, vendere, nec alienare, nec etiā per quamcunq. vltimam voluntatem expressam, aliquam rem immobilem alicuius territorij huius dominij medietè vel immedietè nobis subditi, nec annum redditum, aut eorum vsum fructum, in personam huic dominio non subditam, sub pœna amissionis rei, sic venditæ, vel alienatæ, vel pretij eiusdem, bonaq., res & pretium ipso iure & facto, in fiscum perueniant, contractus, & alienationes non valeant, sintq. nullius momenti. §. NOTARIJ contra formam præsentis constitutionis instrumeta rogare non audeant, sub eadem pœna, quam si soluendo nõ erunt, punientur

*Hec vult. prohibens  
alienari in non  
subditis limitat.  
multis modis ut  
per Plot. ff. l. 14*



in personam, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Per hanc tamen functionem non prohibetur quin in contractibus faciendis inter subditum, & non subditum, hipoteca constitui possit. §. Non prohibetur etiam non subdito bona accipere debitoris sui insolutum, vel ab eo, vel à iudice, dummodo intra annum subdito vendat, alioquin fisco applicentur. §. Si contingat contra, vel præter hanc constitutionem, per Principem, vel Senatum dispensari, hæ dispensationes intra decem dies apud Quæstores extraordinarios registrari debent, alias nullius sint momenti. §. Eo amplius sancitum est, quòd non subditi huic dominio alicui subdito ab intestato succedere non possint.

Decuriones, aut alij, rebus communitatum huius Domini administrandis præficiendi, eligantur probitate, integritateq. idonei, nulla factionum habita ratione, quod si secus fiat electio sit nulla, punienturq. eligentes pœna arbitrio Principis, vel Senatus imponenda, aliqua consuetudine (quæ potius corruptela dicitur) non obstante, & etiam iure municipali. Et eo amplius sancitum est, quòd vnus ex eis non possit sui loco subrogare alium, sed ad omnes subrogatio pertineat.

Si quis in tantam temeritatem proruperit, vt ausus fuerit, per se, vel alium, directè, vel per indirectum temptare, seu corrumpere officiales, vel iudicantes huius domini, puniatur in pœna aureorum ducentù, vel triù ictuù funis, arbitrio Principis vel Senatus. Qui fallacibus ludis, & subdolis artibus euellunt, & quodammodo rapiunt ex imperitorum manibus pecunias alea ludentes, vel alio genere ludi in quibus fallacias adhibent, item res vendentes adeo artificiosè, vt preciosas, quæ viles sunt, & pauci valoris, (qui vulgo barri dicuntur) puniantur pœna pecuniaria, vel corporali, arbitraria pro qualitate, & modo delictorum, & non solum ipsi, sed ipsi dantes ad præmissa auxilium, aut consilium.

Prohibitum est omnibus impedire, vel impediri facere executiones, quacumq. causa criminali, ex qua pœna corporis infligi possit, concessas per officiales quomodo cumq. nec his, contra quos esset concessa executio, dare auxilium, sub ea pœna corporali, qua imputatus detinendus puniendus erat, si imputatio vera esset. §. Quòd si id fieret pro causa civili vel pecuniaria, etiam criminali, est pœna trium ictuù eulei, aut ducentorum aureorum fisco applicandorum, & hoc vltra damna & interesse. Volumus tamen, quòd si maior pœna à iure communi imposita sit, illa seruetur, procedaturq. in præmissis per iudicetes, modo in executionibus

nibus faciendis sit seruata forma ex alijs cõstitutionibus tradita. In hoc Mediolanensi Dominio, nemini licet, siue is subditus sit, siue non, aliquem literis, nuncijsuè, aut alio modo ad duellum inuitare, vel prouocare, faciendum in dominio, aut extra dominium, vel ad dictum finem in locis publicis vel priuatis literas prouocationis affigere, vel affigi facere, sine licentia Principis vel Locumtenentis, sub pœna capitis, ita quòd moriatur, & confiscationis bonorum. §. QVA etiam pœna teneatur quicumq. subditus, qui alium Principem, vel rempublicam adiuerit, vt impetret locum duelli cum aliquo alio subdito, vel non subdito commorante in hoc dominio. §. Et non solum præmissi eis pœnis tenebuntur, sed etiam prouocatus, qui sine licentia Principis, vel Locumtenentis, prouocationem, siue literis, siue verbo factam acceptauerit, & hi qui literas prouocationis præsentabunt, vel affigent, aut oretenus alieno nomine aliquem requirent, vel his ad id auxilium & consilium dederint.

Non fiant ligæ, vniones, confæderationes, sectæ, & conuenticulæ, coniurationes, conspirationesuè, sub pœna corporali vel pecuniaria vsq. ad mortem, arbitrio Principis vel Senatus, qua pœna etiã teneantur participes, necnon auxiliũ & consiliũ ad id dantes Causidici & notarij falsum committentes, si Principi placuerit eos in gratiam admittere, & à crimine liberare, ac ad pristinos honores restituere, nunquam restituti intelligantur ad officium causidici, vel tabellionatus. §. Hi quoq. si palàm, vel occultè, directè vel per indirectum, feneratori fuerint, priuentur officio tabellionatus, & causarum dicendarum, & ita priuati amplius restitui in pristinum non possint, & vbi restitutio fiat non valeat, & pro nulla & infecta habeatur.

Si aduocati, Causidici, Notarii, & sollicitatores, faciant pactum de quota litis, applicetur res & rei pretium fisco, & si pecuniam pacti fuerint, tantundem pecuniæ per eos fisco persoluendum erit, & vterius in aureis centum versus fiscum condemnabuntur, & etiam in persona, arbitrio Principis vel Senatus, & criminaliter procedetur. §. PRÆMISSI cum cliente per mensem vnum antequam patrocinium litis sumant, nec durante lite, nec post finitam litem, per semestre contrahant sine licentia Principis vel Senatus, quod si contrafecerint, contractus sint nulli, & incurrat pœnam amissionis rei, super qua contractum fuerit, à contrahentibus exigendam.

Si quis ausus fuerit Doctori, Magistratui, vel Commissario, com-

H ram

*Notarij falsum  
committentes  
ad restituendum*

*Notarij non possunt con-  
trahere cum clientibus  
per mensem vnum ante  
et sex post litem, et  
nec durante lite*



ram quo litem habeat minas inferre, incurrat pœnam aureorum centum fisco applicandam toties quoties contrafecerit, & grauiorem etiam, arbitrio Principis vel Senatus.

Si quis arma prohibita ferat, vel vltra solitam familiam aliquos cū armis duxerit coram Doctore, Magistratu, vel Commissario eodie quo sententia ferenda est, & ad locum vbi ferenda est sententia, incurrat pœnam ducatorum centum pro armis, quæ ipse portauerit. §. QVICVQVE cum eo fuerint cum armis, pœna aureorum decem pro quolibet eorum teneantur, qui si soluendo nō fuerint ea pœna in solidum à principali exigenda est. Huius pœnæ duæ partes fisco cedant, reliqua accusatori.

Sancitum est, quòd ne quis Magistratus alicuius ciuitatis vel terræ, vel quis, ex communi opinione & fama reputatus ex potentioribus ipsius ciuitatis vel terræ, audeat per se, nec per interpositam personam, directè nec per indirectum conducere notarias maleficiorum, vel damnorum datorum exercendas, vel custodias carcerum, nec participare cum conducentibus, sub pœna quinquecentum aureorum fisco applicanda pro quolibet & qualibet vice credaturq. accusatori cum iuramento, & vno teste fidedigno, lucrabiturq. tertiam partem pœnæ, & secretò tenebitur si voluerit.

Seuerè puniendi sunt hi qui, salutis æternæ immemores, Deum & gloriosam virginem Mariam, Sanctosq. conuitijs & contumelijs multis modis afficiunt. Ea propter sancitum est, hos blasphemos & maledicentes Deo, virgini Mariæ, & Sanctis, seu alicui ex eis verbo vel facto, & siue id faciant irati, seu non, & in loco publico fiat, hoc modo esse puniendos, pro prima vice in aureis decem, pro secunda in aureis viginti, quos si intra triduum non soluerint, virgis cedantur, vel ictibus tribus eculei: pro tertia verò vice lingua secanda est. §. INTELLIGANTVRQ. loca publica hæc esse, Ecclesia, platea, via publica, hospitium, apoteca, vel alius locus etiam priuatus, in quo congregent se homines ad quoduis negocium, Modò tamen sint numero quatuor vltra familiam illius cuius is locus est. §. Si verò in priuato factum fuerit, pro prima & secunda vice, medietate dictæ pœnæ puniendi sunt, pro tertia verò in aureis viginti. Quos si intra triduum non soluerint pœna corporali qua supra puniendi erunt, quod si reiterauerint, puniantur hi blasphemii pœna vltimi supplicij, vel triremiū, arbitrio Principis vel Senatus. §. Eo amplius iudicètibz præmissum est, quòd si eis in quolibet casu præmissorū atrox, vel blasphemia

uel

vel conuitiū uisum fuerit, Senatū consulant, qui secundum qualitatem casuum dignam pœnam & maiorem imponet. §. MERCATORES, & qui artificium exercent, & domini qui famulos habent, & audierint aliquem vel famulum vel artificem blasphemare, intra vnam diem expellant, & item Iudici deferant, aliàs eisdem pœnis quibus delinquentes teneantur. §. PROHIBITVM est etiam ne quis permittat in eius domo publicè ludere (vt vulgo dicitur à zarro) nec alio modo in ludis prohibitis, sub pœna contrafacientibus & ludentibus ictuum trium eculei. §. SACRAS autem imagines Dei, virginis Mariæ, vel sanctorum percutientes, vel cum iniuria deturpantes quomodo cunq; manu dextra vel sinistra, in qua sint magis potentes priuentur, & secundum qualitatem casus grauiori pœna plectendi sunt, arbitrio Principis vel Senatus, & hoc pro prima vice: in vltiori autem pœna vltimi supplicij, vel triremium, arbitrio, vt supra, puniantur. §. ANTIANI parrochiarum, & Consules terrarum & locorum, qui prædicta in præsentia constitutione contenta audierint, vel ab alijs intellexerint, teneantur sub pœna priuationis officij & aureorum decem denunciare Iudici Illius loci, in quo crimen commissum est. §. IUDICES Mediolani super præmissis erunt Prætor, & Capitaneus Iustitiæ, in alijs Ciuitatibus & locis Prætores, & Iudices ordinarij, qui in prædictis criminaliter procedent, & ex officio, & prout in delictis in quibus pœna sanguinis ingeritur procedi solet, & animosè procedant, causasq. intra mensem expediant, sub pœna soluendi pœnam ex suo ære proprio, & alia grauiori, arbitrio Principis vel Senatus. §. NOTARII eorum diligentes sint in præmissis, aliàs in eorum sindicatibus ratio habebitur, & de negligentia punientur, ac si delicta præmissa commississent. §. Eo amplius Mediolani notarij notificare intra vnam diem necesse habent deputatis sanitatis, querelas, & denuntias eis porrectas, sub pœna quadrupli & suspensionis ab officio per annum: & in alijs ciuitatibus & locis deputatis illorum piorum locorum, quibus pœna applicanda est. §. HARVM autem pœnarum in pecunia consistentium, medietas accusatori, alia medietas Mediolani officio sanitatis cedit, & in alijs ciuitatibus & locis illis locis pijs, quibus per Præsidentes ciuitatum & locorum ordinatum erit esse applicandas. §. ACCVSATORES secretò tenebuntur, & dictum præmium consequentur, ita demum si intra quindecim dies querelam vel denuntiam deferant. Quæ vltra eum terminum deferri non possint. §. SANCITVM est in ecclesia maiori Mediolani, & in alijs ciuita-

H ij tibus

*Deferentia arma  
et armorum ducatus*

*Antiani et eorum  
pena*

*Mediolani*



tibus & terris, mœnijs vel vallo circumdati, in principalibus ecclesijs capsam vnâ clausam poni debere, cuius clavis Mediolani erit penes deputatos sanitatis Mediolani, in alijs penes ad id Præfectos, licitumq; sit omnibus scriptulum in ea capsâ deferre, in quo contineantur nomina & cognomina prædicta committentium, dies & locus commissi delicti, nomina & cognomina testium. Hi habebunt medietatem pœnarum de quibus supra. §. TENENTVRQ; Deputati singulis tribus diebus, eam capsam aperiri facere, & videre an aliqua delata sint, ad effectum vt iudicantes secundum hanc constitutionem procedere possint.

Eruens oculum alicui, vel faciem aliquo modo deturpâs, vel membrum abscindens, vltra pœnas à iure municipali irrogatas, puniatur grauiori pœna etiam corporali arbitrio iudicantis.

Si quis cum duabus mulieribus matrimonium contraxerit, puniatur in quinquecentum aureis, fisco applicandis, vel in tribus istibus eculei, & alia grauiori pœna etiam corporali, arbitrio Principis vel Senatus. *Clar. in §. fornicat. p. 30:*

Si quis incendium posuerit, vel poni mandauerit in domo, vel loco habitato puniatur pœna capitis, ita quod moriatur, & confiscationis bonorum. §. Si verò id factum fuerit in domo vel loco inhabitato, puniatur in quadruplû damni, de quo stetur iuramento damnû passî, præuia tamen Iudicis taxatione, & etiam alia pœna grauiori, vsq; ad mortem inclusiuè, arbitrio Principis vel Senatus. §. Si quis autem ponat incendium in aliqua re etiam sua, incendiumq; in alieno vagauerit, puniatur (vltra damnû, de quo stetur iuramento damnû passî, præuia taxatione vt supra) arbitraria pœna etiam corporali, arbitrio Principis vel Senatus, secundum facti qualitatem, per detentionemq; procedi possit.

Faciens vt quis euadat è carceribus, puniatur ea pœna, qua carceratus puniendus erat, si pro delicto, pro quo erat imputatus, cõdemnatus esset. §. Si quis autem aliquid fecerit, propter quod ipse è carceribus euadat, puniatur pœnis à iure communi statutis.

Nullus corporaliter puniatur, nisi ex præsentibus constitutionibus, vel statutis ciuitatum & locorum (à Principe tamen approbatis) caueatur, nec extra illos casus quis puniri possit corporaliter inconsulto Principe vel Senatu.

Nullus officialis reos detetos, Senatu inconsulto, absoluat vel cõdemnet in casibus in quibus pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri, aut confiscationis bonorû sequi potest. §. QVOD etiam

*Incendium*

etiã ad officiales Pheudatariorum extēditur. §. HÆC tamen constitutio non pertinet ad iam cõdemnatos, nam hos cum in eorû potestati peruenierint, absq; eo quòd in Senatu referant, punire poterunt.

## DE MVLTIS.

MVLTAE, si ad instantiam partis factæ fuerint, ad Cameram non transmittantur, nisi parte instante. §. ONNIQ; casu irrita sint, casu quo inobediens ante earum transmissionem paruerit.

Non possit appellari à multa, sed à præcepto cominante multâ, modò id tempore debito fiat. §. POSSIT tamen à multis recursus haberi ad Senatum, iuxta aliarum constitutionum formam.

*De multis*

## DE CVSTODIA REORVM.

DETENTI ex causa debiti non possint retineri in alijs carceribus Mediolani, quàm malè mansionis, & in alijs ciuitatibus in carceribus communitatum, nisi appareat carceratos aliter voluisse.

Nulli officiales quicquam extorquere possint directè, nec per indirectum, à carceratis. §. Nec etiam Vicarij generales durante eorum officio tempore eorum sindicatus id facere possunt, sub pœna quadrupli, ipso iure & facto fisco applicanda, & custodibus, & officialibus carcerum, istuum trium eculei.

Si aliqui in carceribus Capitanei Iustitiæ, vel alijs carceribus pro impensa tantum retineantur, Mediolani ad carceres malè mansionis transmittantur, & in alijs ciuitatibus ad carceres communis. Nullus custos carcerum, nec alius pro eis deputatus possit, nec valeat accipere, consequi, nec habere directè, nec per indirectum, ab aliquo carcerato pro introitu, exitu, consignatione, clauibus, compedibus, cipo, ligatura, lecto, vel aliter qualitercunq; præter expensas cibi & potus, nisi tantummodo solidos quatuor imperialium, & pro custodia cuiuslibet diei denarios sex, in quibus computetur dies consignationis, saluò quòd custodes carcerum Capitanei iustitiæ pro prædictis introitu, & exitu, duplum accipere possint. §. CONTRAFACIENTIBVS pœna est aureorum decem si fisco applicanda pro quolibet & qualibet vice, de qua contrafactio ne credatur ipsi carcerato, cum vno teste fidedigno. §. EXEQVTIO contra prædictos fieri possit per quemlibet iudicentem, & eam facere teneantur sub pœna aureorum decem, fisco applicanda, & ab eis durante officio auferenda.



Si Prætores, & Iudices carceratam mulierem, etiam volentem, carnali copula cognouerint, incident pœnam priuationis officij, & grauiorem arbitrio Principis, vel Senatus. §. CUSTODIBVS, & alijs officialibus id facientibus, pœna est trium iugum eculei, & alia grauiori arbitrio Principis, vel Senatus.

### DE IVRE ET PRIVILEGIO FISCO

OMNIA bona & iura quorumcunq; debitorum Fisci, eorumq; fideiussorum, sociorum, & participum, & cuiuslibet eorum, sint in solidum fisco obligata, & hypothecata, ac si obligatio, & hypotheca fuissent legitimæ contractæ, in eaq; accedant ea omnia quæ in obligatione generali non veniunt, habeatq; fiscus facultatem præmissorum bona, propria auctoritate, apprehendendi sine Iudicis auctoritate. §. Non possit tamen fiscus, si ex iure cesso agat, uti nisi iure cedentis. §. SOCII autem, & participes hi intelligantur qui in vectigalibus, & eorum licitationibus quouis modo participauerint, aut ea vectigalia exercuerint in toto, vel in parte, ad commodum & incommodum proprium. §. NULLA facta excussione immediatè executio realis & personalls fieri possit cõtra quemlibet præmissorum, & eorum bona in solidum, ac si bona, eorumq; possessio tenentur, essent penes principales debitores.

Statutoq; prius termino competenti, arbitrio Magistratus ordinarij, principali debitori ad soluendum, ubi non soluerit debitor teneantur Quæstores propria auctoritate, nulla facta excussione contra bona principalium debitorum, possessionem bonorum immobilium huiuscemodi debitorum, sociorum, & participum, apprehendere, superindeq; publica documenta confici facere. §. Hisq; confectis, bona ipsa, & iura ad cridas ponere, iuxta formam aliarum constitutionum de bonis fisci ad cridas ponendis disponentium, & iuxta earum formam (vt vulgo dicunt) liquidationes facere, à sententijsq; superinde per eos proferendis appellari, querelari, nec etiam supplicari possit, nec in integrum restitutio peti. §. LICITVM tamen semper debitori erit, vel illi, cuius bona erunt, nedum in termino per edictum ad contradicendum statuto, sed in tempore ad liquidationem faciendam ex constitutionibus dato, soluto debito fisco vnà cum expensis factis occasione apprehensionis bonorum, ea bona redimere, & eo casu bona cum fructibus per fiscum relaxentur. §. NECESSE habet fiscus post factas liquidationes, si bona apprehensa fuerint maioris pre-

pretij, & debitum excedentia, facta eorum extimatione, ea quæ supererunt, domino relaxare, vnà cum fructibus. §. Si autem bona mobilia, vel se mouentia, aut ea quæ seruando seruari non possunt huiuscemodi debitorum, nomine fisci capta, vel pignorata fuerint. Quæstores, quorum iussu id factum fuerit, per edictum omnes moneant, vt prætendentes ius in ipsis, vel super ipsis bonis, infra terminum per eos, inspecta qualitate facti, limitandum (modò mensem nõ excedat) compareant, & in scriptis iura deducant, superq; deductis summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate attèta, iustitiam faciãt, vt iupra. §. NEMINE autem comparente, bona licitentur, plusq; offerenti dentur, precio Thesaurario persoluendo, & debitori computando. §. BONIS autem fideiussoris, vel alicuius pro debito alterius, in toto vel pro parte nomine fisci subhastatis, ipso iure, huius sãctionis virtute, intelligatur datus regressus cõtra principalem, vel illum pro quo bona subhastata fuerunt, tam quò ad capturam personæ, quàm quò ad bona, ac si contra eum, & bona sua à fisco solemnem cessionem haberet. Et quilibet Iudex in præmissis ius faciat summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola veritate inspecta vsq; quo integrè eidem satisfactum erit, tam de quãtitate precij bonorum subhastatorum quàm damnorum, interesse, & expensarum. §. BONAq; illius intelligantur esse, & sint ei obligata sicut fisco subhastauit. §. PRAEDICTA autem omnia fieri posse sancitum est quolibet die, etiam feriato, exceptis his qui in honorem Dei & sanctorum introducti sunt, & hoc amplius ubi periculum est in mora, apprehensiones, capturas personarum, sequestrationes, contestationes, & deposita de bonis debitorum fisci fieri, posse cautum est, etiam dictis diebus feriatis in honorem Dei.

Hi vero qui in terminis in memorato edicto annotatis comparuerint, teneantur ad omnem fiscalium petitionem, libros rationum suarum, vel eorum in quorum loco successerunt, in termino per Quæstores statuendo exhibere, quod si non exhibuerint vel legitimam causam non adduxerint, quare non exhibeant, vel per fiscum verificatum fuerit, instrumenta producta esse vltra veram sortem, vel instrumenta aut iura producta esse fictitia, aut simulata, vel falsa, hi ipso iure & facto ab omni iure cadat, ratione dictorum bonorum eis competente.

Id etiam amplius comparentes præmissi & iura producentes, seruare habent, vt post primam comparitionem iurent in hanc for-



nam per se, vel ad id speciale mandatum habentes. Quod in veritate ipsam comparitionem, ac iurium productionem non fecerunt, nec faciunt per malitiam, nec in fraudem, sed credentes iustam fouere causam, & quod instrumenta & iura producta sunt vera, nec ficta, nec simulata, & quod eorum causa sunt veri creditores in toto, vel pro parte, partem exprimendo. §. Quo iuramento omisso, cōparitiones & iurium productiones non valeant & pro infectis habeantur. §. FALSVM autem scienter in prædictis iurantes, non solum à iure super dictis bonis competente cadāt: Sed & ipso iure & facto, absq; aliquo processu, condemnentur in quadruplum valoris, seu extimationis eorum bonorum quæ indebitè obtenturi fuissent, cuius pœna dimidia Fisco, reliqua accusatori cedat: Habeanturq; semper periuri, & falsarij. §. SANCTVMQ; est, ne post dictam apprehensionem bonorum, de dictis bonis, aut eorum parte, aliqui contractus, distractus, instrumenta, vel quicquam aliud fieri possit, siue ad possessionem, siue ad proprietatē pertineat, in præiudiciū Fisci, vel habentium datum à Fisco. Quod si secus factum fuerit sit ipso iure irritum, & inane. Ius tertij sublatum esse non intelligatur per donationes, absolutiones, & quasuis concessiones per Principem tam factas, quam faciendas, quibusuis verbis conceptas.

Absolutiones, liberationes, & abolitiones per Principem, tam factas, quam faciendæ, de quibusuis rebus, creditis, vel bonis, ad Fiscum spectantibus, non compræhendant credita quæ Fiscus haberet cum aliquibus Thesaurarijs, Datarijs, Gabellatoribus, Sallis, nec quæ contra alias personas, siue singulares, vel vniuersitates haberet, occasione bonorum & rerum ad Fiscum spectantiū, sed tantum compræhendant debita ex causa multarum, vel condemnationum pecuniarum occasione, & pro delicto factarū, & hoc nisi de huiuscemodi re, vel credito, in eis fiat specialis & expressa mentio, cum huius sanctionis particulari derogatione.

Nemini liceat capere, vel accipere indebitè pecuniam, vel rem Principi, vel Fisco pertinentem, nec acceptam retinere, etiam si licitè accepta foret, tamen restituenda, sub pœna quadrupli, in quam pœnam contrafaciens ipso iure incurrat. §. HAEC tamen cōstitutio nō cōprehendit personas ad id de publico deputatas. Si quis vnā vel plures donationes fecerit bonorum suorum, vel partis eorum, quæ non sit minor dimidia, cuiuscunq; qualitatis existat, & post eam intra duos annos animo deliberato delictum perpetraverit, ex quo donantis bona confiscanda venirent, hu-

iuscemodi donatio nullius sit valoris, & momenti, & pro nulla & irrita habeatur, ad hunc dumtaxat effectum, vt bona donata ita in confiscationem veniant, ac si nulla facta fuisset donatio.

Nobiles quantumcunq; privilegiati & exempti, etiam habentes merum & mixtum imperium, non sint impedimento officialibus Principis prosequentibus rebelles bannitos, vel condemnatos, aut delinquentes compræhensos in constitutione maioris Magistratus, vel debitores Fisci, & eorum bona, quinimò eis auxilium & fauorem præstent, ac patientiam, & liberam facultatem ingrediendi eorum terras pro huiuscemodi hominibus detinendis, & eorū bonis capiendis, sub pœna indignationis Principis. Literæ donorum, remissionum, indulgentiarum, priuilegiorum, ordinationum, edictorum, & gratiarum per Principem concedendæ, Senatui præsentari debent intra annum, à die earum concessionis, & per Senatum approbandæ, aut limitandæ, aut restringendæ, prout è re Principis, aut publica esse cognouerit, quas si non approbauerit, nullæ sint, & inanes, ac si à Principe nunquam concessæ fuissent.

Literæ gratiæ non concedantur, nisi facta condemnatione, vel nisi exprimant delictum cum qualitatibus ei adiunctis, huiuscemodiq; confessio habeat eundem effectum, ac si condemnatio sequuta esset. §. Non noceat tamen confitenti, si in gratia obtenta sit. §. Et postquam literæ gratiæ concessæ erunt, impetrantes ante earum approbationem detineri possunt, & debent, & in eos agi, ac si gratias non impetrassent. §. Quod si intra annum approbationis detineantur ad corporalem punitionem deueniri non possit Senatu inconsulto.

Donationes, seu administrationes bonorum per Principem factæ vel faciendæ, ante condemnationem imputati, sint ipso iure nullæ. §. Post condemnationem, ante eorum bonorum liquidationē executioni non mittantur, nec effectum habeant, nisi fierent ipsi cōdenato iam gratiā assequuto, vel eius ab intestato heredibus. Nullus familiaris officialis, aut stipendiarius Principis, nullus uè pater, filius, frater, vel fratris filius, socer, gener, ascendens, aut descendens cuiuslibet eorum, directè, vel per indirectum conducatur, vel conduci faciat aliqua vectigaglia Principis, eo inconsulto & sine eius speciali licentia, sub pœna confiscationis bonorum & indignationis Principis. §. QUILIBET accusare possit: dimidium confiscationis habeat, etiam si fuerit particeps, & secretò tenebitur, ita tamen si prius habita noticia non fuerit.



Habentes immunitates, & exemptiones, si eis aliquo modo abutantur in fraudem fisci ipso iure & facto immunitatibus, & exemptionibus priuentur, priuatique esse intelligantur. Contractusque, si perinde facti sint nullius ualoris & momenti.

Bona eorum, qui ob demerita notoria per manus iustitiae necantur, propter quae si sequeretur sententia veniret bonorum confiscatio, non minus intelligantur & sint confiscata, quam si condemnatio praecessisset.

Omnium qui in contumaciam, vel conuicti condemnati erunt ad mortem etiam si ultimo supplicio vita priuati fuerint, ex eo quod commiserint vel committi mandauerint aliquod ex his criminibus, scilicet laesa Maiestatis, fabricationis falsae monetae, veneficij, homicidij, assassinationis, raptus virginum, aut mulierum honeste uiuentium, tam religiosarum, quam non, robariae, incendij domus habitatae, falsificationis, aut falso mutationis sigilli Principis, cancellariae, aut curiae eiusdem, item falsi circa instrumenta & scripturas Principis, inuasionis, hostili more, in dominium nostrum & in vias publicas, & etiam alia delicta committentium, in quibus tamen de iure communi, municipali, vel ex praesentibus constitutionibus imponatur poena confiscationis bonorum, bona & iura ipsorum omnium malefactorum uere, vel ficte, ubique sita vel reperta, fisco publicentur, & ipso iure & facto publicata, incorporata, & confiscata fisco, pariterque apprehensa sint, & esse intelligantur, a die commissi criminis, etiam si per ignorantiam, vel negligentiam, aut impossibilitatem officialium, vel aliter, uere & actu non fuerint apprehensa, iure tamen legitime ascendentiu, & descendentiu reseruato, saluo quod in crimine laesa Maiestatis disponatur de legitima, prout iure communi cautum est. Nec opponi possit, quod non appareat de aliqua apprehensione, nec incorporatione, nec de aliquo processu, & quolibet tempore executione, & apprehensio fieri possint, nulla praescriptione admissa, nec obstante. Nec possint de huiusmodi bonis applicatis camera fieri aliqui contractus, vel distractus, aut aliquod instrumentum, nec aliquid aliud, quod proprietatem vel possessionem respiciat in praedictum fisci, vel habentis datum a fisco, quod si secus factum fuerit, ipso iure & facto sit irritum & inane. Haec tamen constitutio non comprehendit contractus ex causa onerosa factos bona fide post annum, a die commissi criminis numerandum, & hoc quando crimen occultum esset.

Vbi subditus Pseudatarij delictum, ex quo confiscatio bonorum veni-

*Ad declaracionem  
huius Capituli  
= tiorij  
confiscationes  
uid. Plot.  
q. 30:*

*An male populi  
habere legimus  
et quod potest  
tenet Beret.  
q. 52*

teniat, committat in iurisdictione Principis, immediata, vel ubicunque in immediatè subditum Principis, bona ipsius ubicunque sita sint in dominio nostro mediatè vel immediatè fisco Principis applicentur. §. Vbi uero extra dominium, vel etiam in iurisdictione ipsius, vel alterius Pseudatarij in non immediatè subditum Principis, & in casibus non comprehensis in constitutione de maiori Magistratu, tunc bona illius ipsius Pseudatariis applicentur, in quorum iurisdictione sita reperiuntur, & isto casu Iudex Pseudatarij ad quem spectat de delicto cognoscat. §. Quae uero reperiuntur sita in immediata iurisdictione Principis, eius fisco applicentur.

Et quia cautum est in pluribus casibus, quod quicumque fisco detulerit vel notificauerit bona vel iura ad fisco spectantia, de quibus non habeat noticiam fisco, quod quandam portionem habeat in notificationis premium, idque non ad omnes casus extenditur ideo sancitum est, quod in omnibus alijs casibus, in quibus specialiter per alias constitutiones non sit prouisum, quicumque & ex quacunque causa notificauerit fisco bona vel iura fisco spectantia de quibus fisco noticiam non habeat, idque faciat intra sex menses a die quo acquisitum sit ius fisco, tertiam partem eorum bonorum & iurium noticatorum habeat, & secretò, si uoluerit, tenebitur. Nulla praescriptio contra fisco allegari possit, nisi praescriptio tantum temporis, cuius initij non sit memoria in contrarium, quae etiam in iurisdictionibus admittatur.

Communitatibus, uniuersitatibus, Collegijs, & denique omnibus personis prohibitum est, ne aedificent, seu de nouo construant aliqua fortalicia in hoc dominio, nec ea quae non sunt fortalicia reducere in fortaliciu, sine Principis speciali licentia, sub poena contrafacientis confiscationis bonorum, etiam grauiori arbitrio Principis. §. FORTALICIA incepta, vel finita contra huius constitutionis formam, & omnia eisdem adherentia in fisco perueniant. §. OFFICIALIBVS necessitas imponitur contrafacientes in sua iurisdictione intra mensem notificandi, sub poena priuationis officij, ac etiam aureorum quingentorum fisco applicanda, & alia grauiori arbitrio Principis.

Omnibus & singulis, cuiuscunque status, & conditionis existant, hac constitutione interdictum est, ne audeant vel praesumant, quouis modo directè, nec per indirectum, palam vel occultè, sub aliquo pretenso colore vendere vel donare, pignori dare, vel insolutum, nec ex causa dotis transferre, nec alio quouis modo, tam inter uiuos, quam in ultima uoluntate, etiam ex causa dotis, vel alia

*Emendatum, et  
decretum fuit quod  
etiam post sex  
menses, et quatuordecim  
docunque possit  
ius fisco competens  
denunciari, et denuncias  
tertiam partem assequatur.  
in ord. fol. 32.*



alia quauis priuilegiata transferre, vel quouismodo alienare, in-  
pseudare, vel ad longum tempus locare, vel concedere, nec ex  
aliqua legitimatione incapacium, & inhabilium, quouismodo re-  
linquere, dare, vel legare aliqua castra, vel fortalicia, seu loca  
pro veris fortalicijs habitata, & ædificata, vel aliquam partem  
eorum, pseudalia, vel allodialia, in quauis parte huius dominijs  
existentia in quempiam subditum, vel non subditum, sine Prin-  
cipis expressa licentia. §. Si quis contra hanc constitutionem fe-  
cerit, alienans, & transferens, ut supra, precium, si quod habuit, &  
rem amittat, tam ipse quàm emptor, & venditor, & vterque in  
aureis mille pro singulo eorum, Fisco applicandis, puniatur, &  
ulterius contractus, & omnes alienationes, & quilibet transla-  
tionis actus irriti sint, & inanes. §. NOLVMVS tamen aliquem in-  
cidere in pœnas prædictas, qui alienaret, vel transferret in eos,  
qui vocati essent ex Priuilegijs, vel inuestituris, aut aliàs ab in-  
testato successuri essent. §. HÆC constitutio non pertinet ad ha-  
bentes castra, & fortalicia, quin ea possint ab intestato filijs legi-  
timis, & alijs de agnatione propria, secundum formam iuris re-  
linquere, dum tamen extra propriam agnationem nullo modo  
sine licentia Principis transferantur. §. ERVNT propterea diligen-  
tes Magistratus ad notificandum contrafacientes huic sanctio-  
ni intra mensem, sub pœna priuationis officij, & aureorum du-  
centum, Fisco applicanda.

DE PUBLICANIS ET  
VECTIGALIBVS.

NON est inter postremos huius dominijs redditus is qui ex sale  
prouenit, ea propter omnibus prohibitum est, vllam salis quan-  
tatem, nisi è gabella Principis habita fuerit, portare, nec por-  
tari facere ad aliqua loca huius dominijs, sub pœna amissionis sa-  
lis animalium, & instrumentorum, super quibus veheretur, &  
item confiscationis bonorum, & alia pœna, etiam corporali, ar-  
bitrio Principis, vel Senatus. §. QVORVM bonorum tertia pars,  
in conductores eius datij, tertia in accusatores, & reliqua in Fi-  
scum perueniat. §. IN quam etiam pœnam incurrant omnes qui  
contrafacienti dabunt auxilium, consilium, & item hi pe-  
nes quos (scientes tamen) sal repertum fuerit, & quicumq; illud  
scienter emerint, seu scienter eo vsi fuerint. §. PORTITORES, nau-  
tæ, aut alia personæ, non audeant sal prædictum, quod ex ga-  
bella

bella Principis non sit scienter traicere, nec vehere per aliqua  
flumina aut lacus, sub eadem pœna, & scienter fecisse intelligen-  
tur, si dictum sal conducatur à regionibus quæ ultra Padum, Tici-  
num, Abduam, vel Lacus sint, citra dictos lacus, & flumina.

Publicanis, & deniq; omnibus, prohibitum est ex eo sale emere,  
sub pœna aureorum decem pro quolibet stario, & vbi emptor sit  
inhabilis ad soluendum, si fuerit ætatis perfectæ, tribus ictibus e-  
culei plectendus, & alia grauiori pœna arbitrio Magistratus.

§. PRAETORES, & alij officiales consentientes, palàm vel occultè,  
aut consilium, auxilium, & dantes his fraudantibus vectigal salis,  
priuentur perpetuò ab omnibus officijs, eorumq; bona confi-  
scentur. §. Et eo amplius omnes Iudices habentes merum &  
mixtum imperium omnes repertos in fragranti crimine deti-  
neant, Magistratuiq; notificent, ad finem vt debitis pœnis per eũ  
Magistratum puniantur. §. PHEVDATARIJ, & iurisdictionem quo-  
modo separatam habentes, se intromittere non possunt de  
pertinentibus ad dictum vectigal. Immo etiam præstare patien-  
tiam tenentur officialibus, eorum oppida ingrediendi, & con-  
tra eorum subditos inquirendi, & procedendi, ac perquirendi si  
vtantur alio sale quàm Principis, eisq; auxilium requisiti dare te-  
nentur, sub pœna confiscationis bonorum, etiam pseudalium.

§. Et eo amplius Pseudatarij, & quicumq; alij exemptiones, vel  
separationes habentes, cuiuscunq; dignitatis, & status, & condi-  
tionis sint in terris, & locis eis suppositis, nõ possunt uti alio sale  
quàm Principis, & ad gabellas Principis empto, nec etiam per-  
mittant, vel patientiam præstent, quòd per homines in eis habi-  
tantes vendatur sal non acceptum ad gabellas Principis, nec  
quòd vtantur alio sale, quàm sale Principis, sub pœna priuationis  
Pseudæ exemptionum, & priuilegiorum, arbitrio Principis.

Nullus ciuitatis, & suburbiorum Mediolani, ac corporum sancto-  
rum, audeat emere, sal, nisi in gabella Mediolani constituta, vel  
à venditoribus per publicanos in dicta ciuitate deputatis, sub  
pœna qua tenentur vectigal fraudantes, & aureorum decem pro  
stario salis empto, seu reperto in domo, cuius pœnæ medietas sit  
accusatoris, & ei credatur cum iuramento, & vno teste fidedi-  
gno, reliqua in fiscum perueniat. Nec compositio de parte accu-  
satoris fieri possit. §. IN præmissis pater pro filio teneatur, ma-  
ritus pro vxore, & principalis domus pro tota familia, arbitrio  
tamen Magistratus.

Ementes sal ad gabellam Principis Mediolani nomine alicuius  
com-



comunitatis, vel non habitantis intra ciuitatem & corpora sanctorum, non possunt reponere dictum sal in aliqua domo ciuitatis, vel corporum sanctorum, sub pena amissionis salis, & tam reponenti, quam receptanti aureorum decem pro quolibet stario, & plurium arbitrio Magistratus, ipso iure & facto fisco applicanda. Qui deputati sunt à Principe, vel officialibus suis ad conducendum sal, possunt per quæcunq; loca huius domini mediatè vel immediatè subdita, quamcunq; quantitatem salis conducere vel concludi facere cum plaustris, animalibus, nauibus, & alijs instrumentis ad gabellas Principis, tutè, liberè, & impunè, sine solutione aliquis vectigalis, pontis, vel portus, aut cuiuscunq; alterius datij, quibuscunq; statutis, & ordinibus locorum non obstantibus.

Pecuniæ prouenientes ex causa cõdemnationum sequutarum pro fraudibus commissis causa salis, in Thesaurarium generalem perueniant. §. COMPOSITIONES tamen per Magistratum ordinariū fieri possunt.

Omnes patientiam officialibus salis præstare tenentur, in eorum domibus perquirendi, si sal habent in gabella Principis non emptum, vel haberi non permissum, sub pœna cuiuslibet particulari aureorum decem, vniuersitati viginti, pro dimidia in conductorem vectigalis salis, reliqua fisco applicanda.

Institores publicanorum vectigalis salis (qui vulgo posterij appellantur) non possunt exequutiones fieri facere, nisi ex causa salis tantum, & solutiones eis factæ, etiam si ex alijs causis creditores reperiantur, in causam salis, tamquam grauiorem factæ sint, & esse intelligantur.

Fraudanti vectigal macinæ, vel panis albi quoquomodo vel per se, vel per alium, pœna est amissionis iumentorum, & aureorum decem pro dimidia fisco, & reliqua publicanis applicanda, & vterius quatuor ictibus eculei fraudans plectendus est, vltra etiam alias pœnas ex ordinibus ipsius vectigalis limitatas. §. Non possunt hospites etiam pro vsu suo vti alio pane, quam pane gabellæ. Et omnibus prohibitum est alium panem, quam vectigalis venalem habere, sub eadem pœna.

Publicanis imbotaturarum omnes permittant in quibuscunq; locis vina, & alia ad dictum vectigal spectantia, perquirere describereq;, sub pœna aureorum viginti fisco applicanda. Et eo amplius contra recusantes possunt publicani ad eorum arbitrium, extimare eam quantitatem rerum quæ eis videbitur, succedetq; ea extimatio loco veræ descriptionis, quibus peractis temporibus

bus debitis vectigal soluere omnes tenentur, exceptis exemptis. Non exempti, qui ab exemptis conducunt bona in emphyteosim, ad solutionem vectigalis imbotaturarum teneantur, nec immunes seruentur, hoc tamen locum non habet quando locator pro eis bonis exemptionem à fisco soluto pretio emisset.

Nemo conducatur à locis obligatis ad solutionem datij imbotaturæ ad loca in pheudata, exempta uè, aut (vt vulgo dicitur) conuentionata aliquam quantitatem magnam vel paruam vini, & bladorum, in fraudem dicti vectigalis: Pheudatarijs & omnibus predictis, præmissa receptantibus, pœna est amissionis pheudi, priuationis exemptionis, & reuocationis conuentionis, ac amissionis vini & bladorum, vltra alias pœnas ex ordinibus ipsius datij limitatas. Quilibet accusare possit, & tertiam partem pœnæ habebit. Quicumq; fuerit in quasi possessione non soluendi datium imbotaturæ per annos triginta tutus sit eius temporis præscriptione, quò ad præiudicium priuatorum tantum, etiam immediatè à fisco concessionem quouis titulo habentium, nec dominium datij iuuat etiam exceptio quòd negligentia vel dolo conductorum id euenit, nisi de dolo constiterit.

Exempti non possunt in eorum hospitij, & (vt vulgo dicitur tabernis) vendere nec vendi facere panem, vinum, & carnes alijs personis quam his quæ in dictis hospitij moram trahunt, comedunt, & bibunt, nec pistores exemptorum possunt alijs, quam in dictis hospitij comedentibus panem vendere, sub pœna aureorum viginti, pro medietate fisco, reliqua accusatori applicanda. §. PUBLICANI aliquam compositionem cum præmissis facere non possunt cõtra formam præsentis cõstitutionis, sub eadè pœna. Per quamcunq; concessionem, quibuscunq; verbis conceptam, cuiuscunq; exemptionis, non intelligatur concessum datium panis, vini, & carniū, nisi specificè id concessum sit. Ea propter sancitum est, exemptos sub prætextu generalis exemptionis, in qua datium prædictum specificè concessum non sit, panem, vinum, & carnes vendentes, vel vendere facientes, eorumq; hospites per annum caceri includendos esse bona eorum omnia confiscanda, & si in bonis non habeant vsq; ad summam aureorum centum, ictibus tribus eculei plectendos, exemptionibus priuados, & domos ubi id actum sit confiscandas, nulla penitus excusatione admissa. Omnia mercimonia, resuè, quæ vectigalibus, (vt vulgo dicitur) mercatura obnoxia sunt, & conducantur à partibus inferioribus scilicet, Venetiarum, & Ferraria, Mediolanum, per Padum uehi debent



debent, sed si terrestri itinere conducantur, solui debent ea datia perinde ac si per Padum conducta essent, sub pœna arbitrio Magistratus imponenda.

Nullus præsumat aliquo modo directè, nec per indirectum, de die vel de nocte, exonerari, vel reponi facere in aliquo loco suburbiorum, vel corporum sanctorum Mediolani, aliquam quantitatem rerum obnoxiarum vectigali mercaturæ, additionis, & ripæ, sine licentia publicanorum, nisi prius eis data noticia, & facta solutione eius vectigalis, sub pœna amissionis rerum, animalium, nauium, & aliorum instrumentorum, super quibus & in quibus veherentur, ac aureorum viginti quinque toties quoties contrafactum fuerit. §. EADEM Q. pœna teneantur hi qui sine licentia publicanorum eas res receptauerint. §. Non est permixtum transire fossam ciuitatis Mediolani, cum rebus obnoxijis dicto vectigali per coherentia ædificia fossæ (quæ vulgo fossæ appellantur) tã de die, quàm de nocte, quod si quis repertus fuerit trãsire, vel transire velle, res in commissum cadant, & publicanis applicentur.

Ædificia verò præmissa, pro dimidia fisco, & pro reliqua publicanis applicanda sunt, arbitrio tamen Magistratus, & hoc vbi bona sint habitantium, si verò habitantium non fuerint, pœna aureorum centum habitantibus erit, pro qualibet vice, modo præmissa applicanda, & vterius deferenti, vltra res quæ in commissum cadunt pro qualibet vice, aureorum viginti quinque pœna est, publicanis applicanda. §. Res, quæ ad solutionem præmissi vectigalis tenentur, per nauem conduci non possunt, nisi prius notificata vera quantitate rerum publicanis, & facta debita solutione vectigalis, sub pœna amissionis nauis, rerum, animalium, & aliorum instrumentorum ad id paratorum, & aureorum viginti quinque toties quoties contrafactum fuerit. §. NAVTAE non dimittant naues in fossa ciuitatis Mediolani noctis tempore, sub pœnis prædictis, arbitrio tamen Magistratus, secundum qualitatem facti moderandis, licitūq. est publicanis eas naues sub mergere, vel comburere.

Habentes Mediolani ea ædificia, (quæ fossas appellant) qualibet die in sero consignare tenentur clauis publicanis, vel fideiubere, quòd per eorum ædificia fraus vectigali non fiet, sub pœna amissionis ædificiorum. §. Et eo amplius portas super eis facere cum suis clauibus, & manutenere tenentur, conductoresq., & emphitheotæ ad præmissa pro dominis teneantur.

Omnes res quæ vehuntur (vt vulgo dicitur) per transitum à Germania, vel à Venetijs Genuam, cadant in commissum, nisi hi qui

illas

illas conducunt, intra quindecim dies postquam publicanis notificata fuerint, & (vt vulgo dicitur) daciata, detulerint in ciuitate Derthonæ, ibi à publicanis deputato fidem (Vernacula lingua il retorno appellant.) §. SIMILI modo in commissum cadant hæres quæ vehuntur per Genuam, eundo in Germaniam, nisi intra eum terminum eam fidem deputato, in Como moranti, consignauerint. §. QVI verò conducunt res vectigali præmissis obnoxias, à Como Mediolanum à publicano eius ciuitatis literas, (quas non impediuntur appellant) accipere tenentur, alias res, & animalia, instrumentaq. super quibus vehuntur, in commissum erunt, Sub eademq. pœna tenentur id facere conducentes à ciuitate Vigleuani Mediolanum, sed eas literas à deputato publicanorum in ea ciuitate, vel in oppido Abiatisgrassi habere debent. §. RERVM verò quæ conducuntur à Como Varisium, vel ad Plebem Incini, aut alia loca Ducatus, habendæ sunt hæ literæ à publicano in Como commorante, sub pœna præmissa. §. HAE literæ gratis fiant.

Literæ (quas vulgo appellant publicani bulletas) quæ in ciuitate fiunt, velleius Ducatu, per publicanos vectigalis mercaturæ, vel eorum officiales non valent, nisi per tempus in eis literis expressum, quo præterito, si res in ducatu inueniantur, hæ plaustra, animalia, & omnia instrumenta, cū quibus veherentur, in commissum cadant, publicani ea accipiāt, & nihil in contrariū deduci possit.

Nemini licet directè nec per indirectum, de die nec de nocte, in aliquo oppido vel terra vbi sunt deputati publicanorum vectigalis mercaturæ, exonerare res obnoxias dicto vectigali, nisi prius eis facta consignatione, & ab eis habita in scriptis fide solutionis facta, sub pœna aureorum viginti quinque pro qualibet vice, & etiã res in commissum cadant, vtsupra.

Res quæ acceptæ erunt in ducatu Mediolani, gratia conducendi ad oppidu Leuci, aut ad terras glareæ Abdæ, vel ad alias terras extra Ducatum, ita de mū conduci possunt, si à proximioribus deputatis publicanorum literæ habitæ fuerint (quas ipsi bulletas appellant) alias in commissum cadant, & præmissam pœnã. §. Pro rebus verò quæ extra ducatum acceptæ erunt, vel in ducatu, vt Mediolanum conducantur, literas (non impediuntur) vectores à deputatis proximioribus accipere tenentur, alias etiam repertæ super vijs rectis, in commissum cecidisse, & in pœnam de qua supra ipso facto intelligantur. §. Non tamen hac sanctione comprehenduntur capitia telæ.

I Qui



Qui conducunt res obnoxias vectigali mercaturæ à Mediolano ultra montes (vt vulgo dicitur per transito reale) tenentur intra quindecim dies deferre literas (il ritorno appellat) deputatis illius loci vbi flumen Ticini traiciunt, alioquin res in commissum erunt, & pœna qua supra punientur. Simili modo qui conducunt à ciuitate Lugduni, & ab alijs locis ultra Ticinum Mediolanum, teneantur accipere literas, non impediuntur, ab institutoribus illius loci, vbi Ticinum traiciunt, & publicanis Mediolani illa die consignare, qua in ciuitate suburbij, vel corporibus sanctis conductæ erunt, alioquin in commissum res, & in pœnam quam supra vectores cecidisse intelligantur.

In suburbij Mediolani, nec corporibus sanctis non possint aliqui tenere aliquam quantitatem rerum pinguium, nisi prius solutum fuerit datum, & signata bullo illius portæ dictæ ciuitatis in qua reperietur, aliàs in commissum cadat, & tenentes puniantur pœna aureorum decem pro qualibet vice, publicanis applicanda. §. Nec deinde poterunt ea intra ciuitatem deferre nisi per eandem portam, sub pœna qua supra. §. NAVTAE verò conducentes præmissa ingredi fossam ciuitatis non possunt, nisi facta solutione ad portam Ticinensem, & ad portam Cumanam, cõgruè referendo, alioquin præmissa pœna tenebuntur, & res in commissum erunt.

Nullus audeat se tanquam officialem publicanorum exercere, nisi literas ab ipsis publicanis habuerit, sub pœna trium ictuum eculi, & maiori arbitrio Magistratus.

Mercimonia non conducantur ab oppido Pallantiæ versus Locarum, gratia conducendi Comum per saltum (appellatum Manghinum) traiciendo lacum Verbanum, nisi prius soluto vectigali ciuitatis & ducatus Mediolani, sub pœna amissionis eorum nauium, animaliumq. cum quibus veherentur, & aureorum ducentum pro qualibet vice.

Omnibus permissum est, sine solutione vectigalis, extra ciuitatem ad quamcunq. partem Ducatus, quæcunq. lignamina, ferrum, & alia necessaria ad fabricam domorum, vel pro vsu agrorum conducere. §. PARI modo conducere & reconducere omnibus permissum est vestes, tam nouas quàm veteres, suppellectilem & utensilia domus, pro vsu suo & familiæ, in dominio & extra dominium, sine solutione datij.

Forenses creati ciues Mediolani, & in futurum creandi, soluant datum ripæ, & datum vetus mercaturæ, nisi prius tempore concessæ ciuilitatis, continuè, seu pro maiori parte tēporis, decēnio habi-

habitauerint cum tota familia, & firmam habitationē tenuerint in ciuitate, vel ducatu, vel saltem cum ea cum qua habitassent in loco originis, aut habeant, & possideant in ea ciuitate vel ducatu bona immobilia illius valoris, qui in literis ciuilitatis exprimitur, oneraq. sustineant vt alij ciues.

Arma vetera pro exitu ciuitatis vectigal non soluunt: res obnoxie vectigali quæ conducuntur à regionibus Vercellensibus, & quæ ultra flumen Sicidæ sunt, per agrum Nouariensem, Nouariæ & nō alibi vectigal pendere debent, quod si sine literis publicanorum Nouariæ repertæ fuerint in commissum cadant. §. VENIENTESQ. à ciuitate Vercellarum Nouariam, ad accipiendum eas literas solutionis vectigalis, per vias rectas venire debent, aliàs si extra illas reperti fuerint, res quas deferent in commissum cadant. §. Non possunt tamen conducere à dictis regionibus eas res per locum appellatum la Cremosina, sub pœna quingentorum aureorū, tam mercatoribus quàm vectoribus (saluo pro vsu hominum Vallis Sicidæ) & item amissionis rerum. Quilibet accusare possit, secreto tenebitur, & medietatem pœnæ habebit.

Conducentes telam ex canapo factam ab oppido Creuacoriij, & partibus circumstantibus, soluere vectigal in Romagnano, & Burgomanerio tenentur, & si in ducatum conducere voluerint, in ducatu soluere possunt.

Si solutum fuerit vectigal Nouariæ, & cõduci voluerint res Mediolanum, vel per ducatum, habeant literas non impediuntur, gratia traiciendi Buffalorā, Turbigū, vel Olegiū, aliàs nō accipientes in commissum cadant, & vterius intra quindecim dies fidē (il ritorno appellat) consignent, alioquin ad solutionē vectigalis teneantur.

Conducentes verò res à Como, & à partibus circumstantibus per agrum Nouariensem, soluat pro eis vectigal in loco Olegij, & nō alibi, quod si nō fecerint, res in commissum cecidisse intelligantur.

Porrecta accusatione vel denuntiatione, aut notificatione, ob fraudatū vectigal, citari pars intra decem dies, & à die citationis infra duos mēses causa definiri debet, alioquin vterius procedi nō possit. Quæ quidem denuntia vel accusatio, nisi intra decem dies à die factæ fraudis porrigatur, admitti nō debet, nec super ea procedi possit. §. Si tamen iusta impedimenta erunt, Magistratus ordinarius habet auctoritatem, terminum duorum mensium, ad finiendam causam prorogandi per mensem vnum.

Omnibus iudicantibus prohibitū est, ne contra publicanos & officiales suos, vbi nō ingeratur pœna sanguinis, procedat pro deli-

*Handwritten notes in orange ink at the top right of page 127, partially obscured by a watermark.*

*non impediatur*

*ob fraudatū vectigal accusatū intra .iij. dies à die fraudis*



Etis per eos commissis in his dumtaxat, quæ in actu exercitij officiorum suorum contra fraudâtes vectigal, vel resistêtes, aut prohibentes ne officia sibi commissâ exerceant, sed omnis cognitio ad Quæstores ordinarios pertineat. §. Vbi autem ingeritur pœna sanguinis, possit, & ipse Magistratus & alij officiales ad quos spectat cognoscere.

Herba est (quàm vulgo galdum appellant) ex qua tinctura conficitur, & vectigal fisco penditur, ea propter omnibus, siue subditis, siue non, inhibutum est conducere, portare, nec cõduci portari, nec facere, aliquam quantitatem galdi, siue in herba, siue in pulvere, vel (vt dicitur) in pane, nec aliqua semina eius herbæ extra dominium, nec per dominium sine licentia, & nisi prius soluto vectigali solidorum sexdecim pro quolibet centenariio galdi, quod extra dominium cõduceretur, & solidorum octo pro centenariio eius quod per dominium conducatur, gratia in eo consumandi: hoc tamen non pertinet ad galdum natum vel nasciturum in ducatu Mediolani, quin, tamen habita prius licentia à Quæstoribus ordinarijs, vel à publicanis huius vectigalis, sine solutione per vias rectas Mediolanum conducatur possit. §. CONTRAFACIENTES huic sanctioni galdum, semina plaustra, animalia, naues, & deniq; omnia instrumenta quibus veheretur amittant, & in aureis tribus, pro quolibet centenariio, puniantur, & omnes in solidum teneantur, cuius pœnæ duæ partes applicentur fisco, reliqua accusatori.

De vno comitatu ad alium comitatum huius dominij, galdum nec semina sine licentia vel facta solutione, vt supra, conducatur non possint, sub pœna qua supra, §. NEC etiam de vno loco ad alium locum eiusdem diocesis, sine licentia vel solutione vt supra, alioquin res in commissum cadant, & pœna duorum aureorum pro centenariio puniantur.

Impunè & sine licentia & solutione vectigalis, licitum est omnibus galdum natum in terris proprijs, vel conductis, portare in herba ad molas, in dominio tamen existentes, vbi galdum moli solent, & postquam molitum fuerit reportare ad ciuitatem, in cuius territorio natum est galdum, dummodo id fiat de die & per vias rectas, & à locis in quibus non sit manifesta fraudis suspitio, & in quibus verisimile sit eum moli fecisse, & dummodo tempus conductionis & reconductionis quindecim dies non excedat, aliàs in commissum cadant, & in pœnam aureorum duorum pro quolibet centenariio, applicandam, vt supra.

Si quis licentiam habuerit conducendi galdum per vnâ viam, &

& per aliam ab ea diuersam ire repertus fuerit, vel per vias rectas & consuetas non iuerit, & se officialibus deputatis non consignauerit, in pœnam fraudati vectigalis incidat, quò ad hoc, vt res in commissum cadant.

Concessa licentia, & facta etiam solutione vectigalis, non possit exportari aliqua quantitas galdi de loco ad locum, nisi ponderata fuerit iuxta ordines, & si repertus fuerit postea saccus in quo galdum continetur, esse maioris ponderis (vt dicitur) ultra tres trombas, pro quâtitate superabundanti dumtaxat, in commissum cadat, & aureorû decem pro quibuslibet libris centum galdi ab vncijs duodecim superabundantibus, detractis libris quatuor pro sacco.

Inhabiles ad soluendum pœnas pecuniarias luant in corpus, arbitrio Magistratus.

Quilibet contrafacientes accusare possit, & accusatori credatur cum iuramento, & vno teste fidedigno.

Commissarij deputati super fraudibus dicti vectigalis teneantur, & debeant procedere summarie, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, etiam iuris ordine non seruato, omniq; solemnitate iuris ommissa etiam per tormenta & quæstiones, legitimis tamen præcedentibus indicijs, & reos punire iuxta præsentis constitutionis formam.

Commissarij & officiales pro licentijs concedendis nihil accipiât, sub pœna priuationis officij, & aureorum trium pro qualibet vice, credaturq; accusatori cum iuramento, & vno teste fidedigno.

Facta descriptione galdorum, intelligantur hi quibus descriptio facta erit, contra hanc sanctionem fecisse, & extra territorium mississe, nisi ostenderit licentias obtentas, & fidem de solutione vectigalis pro quantitate galdi descripti, vel fidem fecerint, se nominatis per eos emptoribus vendidisse. §. VECTORES contra ordines præmissos hisdem pœnis teneantur.

Sancitum est, quòd vectigal rerum obnoxiarum datijs soluatur ad loca solita ciuitatum & locorum vbi vectigal exigitur, & quòd eas conducentes teneantur eas res nominare, ac manifestare specificè publicanis, vel eorum officialibus ibi deputatis, in qua nominatione vnâ rem pro altera nominare non possint, quòd si præmissis contrafactum fuerit, res in commissum cadant, & puniantur arbitrio Magistratus.

Mercimonia obnoxia vectigali tradi non debent per venditores emptoribus, nisi prius soluto vectigali, alioquin res & precium in commissum cadant, & pœna arbitraria Magistratus punientur.



Caupones, & aliz personæ commorantes in suburbijs, & corporibus sanctis, non permittant cōduci extra hospitia & domos mercimonia in eis existentia, nisi prius certi sint datum solutum fuisse, pœna arbitrio Magistratus imponenda.

Mercimonia nō possint ligari, nec dissolui per mercatores, nec etiam exonerari, nisi per prius res visa fuerint, & extimata per publicanos, vel eorum officiales & de eis solutum datum sit, alioquin res in commissum cadant, & puniantur arbitrio Magistratus. §. LIGATORES verò, qui contra formam præsentis constitutionis facient arbitrio Magistratus punientur.

Quicumq; tam intrans quàm exiens ad portas ciuitatū & loca solita prohibuerit ne publicani, vel eorum officiales perquirant, an deferat aliquas res obnoxias vectigali, puniatur arbitrio Magistratus, inspecta qualitate facti & personæ, detineaturq;. & si reperiatur res habere, quæ ad solutionem datij teneatur, in commissum cadant vnà cum iumento super quo insideat, & amplius Magistratus arbitrio puniatur.

Si quis palàm conduxerit intus, vel extra portam ciuitatis res pro quibus solui vectigal debet, in fraudem vectigalis fecisse non videtur, nec contra ordines; imputent enim sibi publicani si diligentiam non adhibent. §. AN autem palàm factum dicatur, arbitrio Magistratus relinquendum est.

Per has tamen constitutiones non intelligatur derogatum statutis & ordinibus vectigalium, nisi in quantum præsentibus constitutionibus contraria essent.

DE ONERIBVS

ACQUIRENTES bona quocunq; titulo, etiam si esset ex causa dotis, vel priuilegiata, & siue ex successione vniuersali, siue particulari, etiam si hi acquirentes immunes & exempti essent, teneantur ad solutionem omnium onerum, his modo & forma prout tenebatur ille cuius erant bona, & in eo loco vbi solui consuetum fuerat pro huiuscemodi bonis acquisitis onera qualibet sustinere, quia volumus bona cum onere suo transire debere, nolimusq; per dictas immunitates, nec exemptiones afferri præiudiciū tertio, vel communitatibus & locis, cum quibus onera sustinebant. §. Eoq; amplius sancitum est, quòd inter alienantes & acquirentes conuentiones aliquæ fieri non possint, effectus quòd alienas, non obstante alienatione, teneatur, vel ad tempus, vel in perpetuum,

*debenet bona  
transire cum  
onere suo, et  
non potest  
fieri conuentione  
inter alienantes  
et acquirentes de  
conuentione in  
demptis acquirentis  
et ciuilibus sub pena  
confiscationis & etc  
hanc in d. quæstione  
rogantibus ubi per  
suspensionem optij per  
tiam*

enim, pro bonis alienatis onera sustinere, & ipsos acquirentes ab eis oneribus indemnes conseruare, sub pœna confiscationis eorum bonorum, & pretij fisco applicandi, & ulterius hæ conuentiones non ualeant, sintq; irritæ & inanes. §. NOTARIIS autem contra formam præsentis constitutionis instrumenta rogantibus pœna est suspensionis officij per triennium, & ulterius grauiori pœna punientur, arbitrio Senatus.

Communitates, collegiæ, immunitatem aliquam quouis modo concedere non possunt Principe uel Senatu inconsulto, sub pœna quadrupli extimationis ipsius immunitatis, & alia grauiori arbitrio Principis uel Senatus imponenda, ipsaq; concessio nulla sit, & pro non facta habeatur. §. NOTARIIS instrumenta rogantes contra hanc sanctionem, pœna qua supra puniantur.

Quicumq; ciuis, etiam originarius, uel ex priuilegio etiam in ciuitate censitus, qui habitat cum familia uel maiori parte familia à festo sancti Martini cuiuslibet anni usq; ad calendas Maij sequentes, uel aliqua parte ipsius temporis, quæ minor diebus uiginti continuis non existat, in aliqua terra, burgo, loco, uilla, capsa, hospicio, molendino, mediatè uel immediatè supposito, siue ibi laborari fecerit terras (ut vulgo dicitur) ad manus suas, & siue ibi fecerit aliquod exercitium, siue non, teneatur pro toto illo anno ad onus salis, & ad omnia alia quæcunq; onera pari modo, & in omnibus & per omnia prout rurales faciunt, & cum ipsis ruralibus.

Onera imponenda per Principem uel communia debito modo inter habiles ad soluendum diuidi debent, qua diuisione facta, si unus contingentem portionem suam soluerit, non possit pro re siduo debiti oneris impositi molestari, nec etiam cogi ad contributionem alicuius occurrentis impensæ ex causa dicti oneris, sed ea impensa cedat damno non soluentium. §. Hoc tamen ad onus salis non pertinet.

Oneribus taxarum equorum, & hospitiationis militum, vnusquisq;, nemine prorsus excepto, pro rata & debita portione contribuere teneatur, etiam si exemptus, separatus uel esset, aut alio modo priuilegiatus foret, & quacunq; dignitate fulgeat. His tamen exceptis, qui à Principe speciales literas, cum speciali derogatione huius sanctionis, habuerint, uel quorum priuilegia ex usu longissimi temporis hæc comprehendere interpretata fuerint. §. Quo casu intelligatur facta deductio taxarum ad commodum illius communitatis.

Teneantur etiam dictis oneribus taxarum pro rata & debita portione,

*non possint qui pœna  
= uariant molestari  
nec etiam pro debito  
solui nisi in  
subsid. et hoc per ord.  
I. m. 22. feb. 1630*



tionē contribuere vniuersa loca huius domini, tam vnita cum ciuitatibus, quā separata, & in alios quacūq; dignitate fulgentes translata, etiam quōd in ea translatione quantumcūq; latam concessionem, & exemptionem à quocūq; onere à Principe haberent, quia ab eis oneribus nullus penitus exceptus vel reſeruatus eſſe intelligatur. §. Et in tantum prædicta loca teneantur, etiam quōd hinc retro ea, nec ſimilia onera ſoluiffent, vel quōd eſſent in poſſeſſione libertatis non ſoluēdi nec ſuſtinendi onera.

#### DE AQVIS, ET FLVMINIBVS.

OMNIBVS interdictum eſt, ne directè vel per indirectum vtantur aquis foſſarum manufactarum nauigabilium (vulgo nauilia appellata) nec etiam fluminum regalium, ſiue nauigabilium, ſiue innauigabilium, vel alijs aquis ad vſum Principis vel alijs publicum deſtinatis, vbilibet exiſtentibus, & tam in locis mediate, quā immediate principi ſubiectis, niſi titulum habeant & oſtendant per literas Principis continentes locum aquæ ducendæ, ipſiusq; quantitatem, & ad quem vſum, nulla præſcriptione admiſſa, niſi ea quæ ſit tanti temporis, cuius initij in contrarium memoria non exiſtat. §. EXTRAHENS aquam contra formam huius conſtitutionis incidat in pœnam aureorum decem pro qualibet vncia & qualibet vice, niſi fuerit in quaſi poſſeſſione pacifica aquam extrahendi per triennium. §. HISQ; contrafeciffe intelligatur ad cuius cōmodum compertum fuerit aquas decurrere, eoq; caſu dominus pro familia teneatur, ſaluo tamen iure domino contrarium probandi.

Quicūq; repertus fuerit tranſire aquæ ductum, ſiue rugiam Principis ſeu fiſci, alibi quā per pontes & loca conſueta, ipſo iure & factō puniatur, ſi pedes fuerit in ſolidis viginti pro qualibet vice, ſi eques in quadraginta, ſi cum plauſtro & bobus in aureo vno, ſi fuerint animalia de per ſe in ſolidis decem pro quolibet. §. QUI verò ripam vel ageres eorum aquæ ductum vel canale deiecerint, aut fregerint, vel cauum, aut clauſam, vel aliud impedimentum fecerint, vel fieri mandauerint, ipſo iure & factō incurrant pœnam aureorum decem pro quolibet & qualibet vice, innouataq; reficere, & in priſtinum reſtituere proprijs expenſis teneantur. §. DOMINI proprietatum & conductores, pro famulis, partiarijs, colonis, vel inquilinis, & alijs qui prædicta fecerint, teneantur, ac ſi mandaſſent. §. POENA in tres partes diuidatur, campario ſeu

accu-

accuſatori vna, reliquæ fiſco cedant. §. CAMPARIO ſeu accuſatori cum iuramento pro his qui pedibus tranſeunt, credatur. Pro alijs verò cum iuramento & vno teſte fidedigno. Saluo tamen his iure contrarium probandi. §. CONTRAFACIENTES, ſi inhabiles fuerint ad ſoluendum pœnam, puniantur aliqua pœna corporali, arbitrio Quæſtorum extraordinariorum imponenda. §. DANTES verò alibi damnum in agris & bonis fiſci, in duplum puniantur, eius, quod per ordines & ſtatuta locorum cautū eſt, credaturq; camparijs & accuſatoribus cum iuramento.

Omnes habentibus ius & facultatem aquæ ducendæ, tam ex fontanilibus quā ex fluminibus, & aliter quomodocūq;, liceat aquam ducere per agros & poſſeſſiones cuiuſlibet perſonæ, communis, vel vniuerſitatis huius domini, etiam ſecus vias publicas foſſas, cluſas, & alia neceſſaria faciendo, ad minus damnum & incommodum partium, ipſiſtamen aquam ducentibus per prius ſoluentibus pretium terræ, quæ in his occupanda erit, quartamq; partem vltra extimationem veri pretij & damnum, ſi quod inferri continget, arbitrio duorum virorum in ſimilibus peritorum, qui tamen, reſpectu damni, illud plusquam in duplum veræ extimationis extimare non poſſunt. §. Eoq; amplius præmiſſa quam ducentes facere & manutenere pontes tenentur, agereſq;, (& vulgo dicunt ſoratoria) aliaq; neceſſaria, prout expediens fuerit, ita quōd ex aqua ducenda prædia aliorum, maximè pluuiarum tempore, non inundent, nec exinde aliquod damnum priuatis vel vijs publicis inferatur. §. POSSVNTQ; duci aquæ & ſubtus & ſupra rugias aliorum, modò tamen fiant ædificia de lapidibus & cemento, & modo quōd ducentes aquas ſub alienis aquis ita fiſtulas ſtruant, ne aquæ ſuperiores in inferiores decidant. Aquæ ductumq; firmum & ſtabilem manuteneant, ita quōd ſuperius ducens nullum damnum ſentiat, nec vltra ſolitum alueus eleuetur, ſed aquæ conſuetum decurſum habeant.

#### DE VIIS PUBLICIS MVNIENDIS, ET PONTIBVS MANV- TENENDIS.

Bono publico conducit, vt via publicæ viatoribus commodè ſternantur, pariq; modo vt pontes manuteneantur, ideo ſancitum eſt, omnes cuiuſcūq; gradus & conditionis ſint, qui vel de iure, aut cōſuetudine, tenentur, cogi debere pro rata portione ad re-

I v pa-



parationem viarum & refectionem, & manutionem pontiū, omni priuilegio, immunitate, & exemptione cessantibus.

Quia oriebatur controuersia inter dominos directi domorum ciuitatis huius domini & emphiteotas, quisnam eorum ad impenfam aptationis viæ è fronte domorum existentis teneretur, ad eam tollendam hæc constitutio pertinet, vt cum id fieri contingat, dominus directi pro tertia parte, & pro alijs duabus partibus emphiteota impenfam soluant.

Ad tollendas extorfiones quas faciebant Iudices & officiales viarum huius domini, sancitum est, per eos Iudices & officiales fieri non posse aliquas condemnationes contra communia & homines vicorum huius domini, nisi prius legitime citati fuerint. Et si contingat eos homines vel communia condemnari, exequutiones fieri non possint, nisi prius condemnatis iterum citatis, qui si probare voluerint, se temporibus debitis vias pro sua contingenti portione aptasse, admittantur eorum defensionibus & probationibus; si Mediolani id actum sit, coram Vicario prouisionum ipsius vrbis; in alijs autem ciuitatibus coram Pratore, vbi id munus aptandarum viarum ei competat, sin minus coram Referendario. Et si probatum fuerit vias debitis temporibus aptatas, vel non egere reparatione, condemnatio per Iudicem seu officiales facta annulletur, & pro nulla & irrita habeatur, isq. qui condemnauerit, condemnatus sit & esse intelligatur in summa in eiusmodi condemnatione contenta, quæ pœna communitatibus ciuitatum vbi agi contigerit applicetur, ultra expensarum refectionem, ad quam omnino Iudices & officiales erga condemnatos teneantur. §. Eo amplius sancitum est, quod si comperiat ipsos Iudices vel officiales compositiones cum aliquibus iniisse, ante sequutam condemnationem, non aptatis viis, priuentur officio & alia corporali pœna, arbitrio Senatus puniantur, & pecuniæ compositionis applicentur communitati. Et si ille qui compositionem fecerit primò notificauerit, pecuniæ datæ pro compositione restituantur, & nihilominus viæ, pro quibus hæ compositiones factæ sunt, reficiendæ & aptandæ erunt. §. Post sequutam autem condemnationem compositiones fieri non prohibentur, modò Mediolani Vicarius & sindici communis, in alijs ciuitatibus Pratores interueniant. §. Iudices & officiales pecunias ex quibuscunq. condemnationibus & compositionibus, modo quo supra faciendis, exactas consignare teneantur. Thesaurarijs communitatum, qui postea eis Iudicibus salarium iuxta ordines persoluent

soluent, sub pœna ludicibus contrafacientibus amissionis salarij trium mensium, pro qualibet vice, pro duabus partibus communitati, pro tertia accusatori applicanda. §. Hiq. Iudices singulo mense, & in fine mensis, condemnationes quas facient transmittere tenentur Mediolani Vicario prouisionum, in alijs ciuitatibus Pratori earum, sub pœna qua supra.

## DE AEDIFICIIS PRIVATIS.

Quicumque in aliqua ex Ciuitatibus huius domini lautè ædificare voluerit, & domum, aream, locumue alium priuatum contiguum habuerit, qui nouo ædificio, quo quomodo vsui ad eius lauticiam esse possit, teneatur & debeat is cuius domus, area, locus uè, cuiusuis fuerit, ea vendere ædificari volenti, si tamen is ultra iustum pretium quartum plus exponere & dare sit paratus. §. Eo quoq. casu iudicentes venditionem faciant, & possessionem tradant, consulto tamen prius Principe vel Senatu.

Posidens & tenens tertiam partem, vel minorem alicuius domus seu sediminis, & in ea seu eo habitare nolens, teneatur & debeat ipsam tertiam partem, vel minorem, confortibus suis, vel alias duas, vel plures partes, habitantibus locare pro tanta pensione quæ ab alio percipere posset, seu pro portione per duos amicos communes, vel duos vicinos taxanda, quod si id facere recusaerit, Iudex factò per prius, per consortem eas partes habentem & possidentem, deposito pensionis taxatæ pro anno vno, citata parte, eum inducat ad tenutam bonorum. Quod depositum de anno in annum donec habitauerit reiterandum est. §. Per hoc tamen non intelligatur, nec sit factum in reliquis præiudicium domino. Cautum est, ne quis in posterum possit in vlla ciuitatum huius domini, vico, & suburbij eiusdem, ædificia, quæ se protendant extra muros domorum in vias publicas, facere nec erigere, quod si contrafactum fuerit, ædificium per prius destruat, & ædificans pœna aureorum viginti quinque plectatur, communitatibus ciuitatum applicanda.

## DE IMMUNITATE, ET IVRE

## DVODECIM LIBERORVM.

Quicumque numerum duodecim liberorum habuerit, ita quod in eis duodecim, si in vtero matris fuerit, etiam compræhendatur,

*Domini directi tenentur  
pro 3. parte, et  
emphiteota pro alijs  
duabus ad aptationem  
viarum*

*qui tenet minorem  
partem teneat illam  
locum maiorem  
possidentem, si in eo  
habitare noluerit*

*Nemo potest ædificia  
facere, quæ se  
protendant extra  
muros domorum in  
vias publicas*



datur, inter quos tamen non comprehendantur illegitimè nati, (præter legitimos per subsequens matrimonium) nec nepotes, seruentur immunes quoad vixerint, etiam si exinde filij ipsi decederent ante patris mortem, ab omnibus oneribus extraordinarijs, & item ab imbotaturis, pro omnibus fructibus natis super bonis proprijs, cuiuscunq; quantitatis fuerint. Et ubi ex fructibus proprijs non habeant, & aliunde pro vsu suo quæsiuerint, immunes seruentur vsq; ad summam modiorum trium frumenti, & metretarū sex vini pro qualibet persona parentum & filiorū. §. HAEC immunitas etiam post mortem patris perseueret, ubi & donec ipsi omnes duodecim liberi superstites fuerint, & in communione viuāt. §. Pro mercatura autem nullam habeant exemptionem.

DE GYMNASIO TICINENSI, ET IN EO  
STUDENTIVM IMMUNITATE.

INTER cætera quæ in Mediolanensi dominio admiranda sunt, Ticinense Gymnasium est omnibus ætatibus illustre, amplius priuilegijs, etiam à summis Romanis Pontificibus decoratū, ad quod non solum huius dominijs subditi confluunt, sed etiam alij exterarum gentium & nationum, ad bonas artes & scientias addiscendas. Et quia hæc studia quietem desiderant, ideo sancitum est, quod omnes singuli in eo Gymnasio studijs operam dantes, togati incedant, vestibulq; longis vtantur, seq; omninò à breuibus abstineant, vt sicut in scientijs profitentur animi integritatem, & grauitatem, ita etiam in habitu & incessu præ se ferant. §. ABSTINEANT etiam ab armorum delatione, cum studijs, non armis vacare habeant, sub pœna contrafacienti aureorum viginti pro singula vice fisco applicanda, & item amissionis vestium & armorū, quæ exequutorum sint.

Omnibus huic Dominio subditis prohibitum est, ne se causa studiorum in alijs Gymnasijs quàm Ticinensi conferant, sub pœna indignationis Principis & aureorum quadringentorum, ipso facto fisco applicanda, si contrafaciens sui iuris fuerit, si verò in alterius potestate constitutus sit, is qui eum in potestate habuerit, si de eius consensu factum sit, in pœnam ducentorum aureorum incidat, sin minus incurrat pœnam pecuniariam arbitrio Senatus imponendam, & ipso facto fisco applicandam. §. EADEMQ; pœna tenebuntur hi qui insignia Doctoratus alibi, quàm in Ticinensi Gymnasio assumpserint.

Possunt

Possunt omnes Doctores, & Scholares quarumcunq; nationum, modò non sint banniti, nec rebelles nostri, liberè, & omni impedimento cessante Papiam ire, in ea habitare, stare, & conuersari, ab eaq; recedere cum sua familia, vestibus, libris, vtensilibus, pannis, laneis, lineis, sericeis, & alia suppellectili necessaria, & opportuna pro vsu eorum, sine solutione alicuius pontis, portus, gabellæ, aut cuiusuis datij, cuiuscunq; ciuitatis, aut loci huius dominijs. Quòd si in dubium vocaretur aliquod prædictorum non esse ipsorum doctorum, scholarium uè, vel ad eorum vsum non spectare, standum est iuramento Doctoris, scholaris uè, qui ea conduci faciet. §. ERSQ; scholaribus nulla molestia inferenda est, etiam si superueniret bellum inter nos & eos quibus ipsi subditi sunt, modò contra statum, vel honorem nostrum non moliantur.

DE MERETRICIBVS,  
ET LENONIBVS.

NON satisfactum videbatur decori publico, ex eo quòd meretrices in vnum locum, veluti intra septa, clausæ habitarent, ni etiam certis legibus infœlix id genus mulierum coherceretur, earumq; præsidio, ab impuritate lenonum tutæ essent. Ea propter sancitum est, nemini licere aliquam domum extra prostibulum publicum existentem locare alicui meretrici publicè quæstum agenti, directè, nec per indirectum, sub pœna amissionis domus sic locatæ, quæ ipso iure & facto in fiscum perueniat, & intelligatur etiam locata domus vel conducta, quotienscunq; reperiatur meretricem publicam esse vel morari, de die vel de nocte, in aliqua domo vel hospicio, vel in ea habere lectum vel vtensilia domus, nam & his casibus domus vel hospitium, ipso iure & facto, in fiscum perueniat. §. HVIVSQ; sanctionis exequutio Mediolani ad Capitaneum Iustitiæ pertinet, in alijs ciuitatibus ad ordinarios Iudices.

Omnibus interdictum est sub pœna trium ictuum funis, vel trimremium, & alia maiori arbitrio Senatus, per se, nec per interpositas personas, sub aliquo quæsito vel quærendo colore, aliquos contractus, vel quasi cuiuspiam generis inire, per quos aliqua mulier ducatur ad prostibulum, vel alibi prostituatur, quòd si facti fuerint, sint nullius valoris & momèti, & pro infectis habeantur, & de eis ius nò reddatur. §. NOTARIJ nec aliæ personæ non audeat de prædictis instrumèta, nec aliquã scripturã facere sub pœna pri-



privationis officij notario & cuilibet personæ aureorum quinquaginta fisco applicanda. §. Et eo amplius nemini licitum est in prostibulo aliquam mulierē tenere, nec ab ipsa, more lenonum, aliquid recipere, sub eadem pœna. §. Et e converso nulla meretrix prostibularia tenere possit aliquem lenonem, sub pœna prædicta. §. Quilibet eos lenones & meretrices contrafacientes accusare possit, & habebit pœna medietatem.

Qui publicè lenoniam artem exercent, pœna ictuum trium funis vel triremium, & alia maiori, arbitrio Senatus puniantur.

Nemo audeat nec præsumat mutuare pecunias meretricibus, ut ex quæstu corporis sui lucrum percipiat, nec ea de causa eis vestes comodare vel dare, quia super eis ius reddi non debet, immò plus, si eas dederint, dehinc eas vel alias abstulerint, sine licentia Iudicis, contra eos de robaria procedetur.

Meretrices publicè quæstum sui corporis facientes per civitatem mediolani, nec suis suburbijs, ire, stare, nec morari audeant, alio die quàm sabbati, sine licentia Iudicis, sub pœna aureorū decem, pro dimidia accusatori, & reliqua fisco applicanda, & plus & minus, arbitrio Iudicis. §. Eoq̄ casu, ut ab aliis mulieribus dignoscantur, teneantur deferre vestem (quam vulgo mantellectum vocant) cōfectam ex bombyce albo, adeo latam & patentem ut humeros & pectus cooperiat, & omnibus pateat, sub eadem pœna. Et vltius contrafacientes fustigentur, & per vnam diem ad catenam ponantur, liceatq̄. vnicuiq̄ meretricibus contrafacientibus vestes per vim auferre tutè, liberè, & impunè.

Quilibet possit accusare contrafacientes, & credatur accusatori, cum sacramento & vno teste fidedigno.

Antiani parrochiarum teneantur Iudicibus notificare cōtrafacientes, in eorum parrochijs, omnibus præmissis, infra tres dies, ex quo verisimile fuerit eos de prædictis noticiam habere, sub pœna aureorum trium, & intelligantur habuisse noticiam, postquam in parrochia de prædictis est publica vox & fama, & inuenta conductantur ad prostibulum publicum.

Iudicentes ordinarij civitatum & locorum, exequutores erūt horum ordinum, & iudicare habent, inter meretrices, & si oriatur lis vel controuersia inter ipsas meretrices, seu cum alijs personis cuiuscunq̄ conditionis sint, tam civilis, quàm criminalis, ipsi soli, & absq̄ consilio sapientis causam cognoscant, & sine debito terminent, procedendo, exequendo, & puniendo summarie, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, omniq̄. iuris & statutorum

solemnitate omissa, etiam diebus feriatis & non feriatis. Et eo amplius iudicentes præmissi, in iurisdictionibus eisdem commissis inquirere habet si in aliqua parrochia, præterquam in prostibulo, stet vel moretur aliqua fœmina quæstum corporis faciens, & si fuerit per tres ex vicinis ipsius parrochiæ, maiores tamen annis triginta, præfatis Iudicibus delatum, teneantur ipsam fœminam ex ea parrochia expellere, etiam si domus esset eius fœminæ propria. §. Expulsæ describantur per notarium causarum criminalium in vno libro particulari, cum nomine, cognomine, & parrochia, anno, mense, & die, quibus expulsæ fuerint. §. Et postquam expulsæ erunt, non possunt in publicum deferre vestes sericeas, nec aurum, nec argentum impunè, si repertæ fuerint depredari possint. §. Et item fœmina ter expulsæ, pro publica meretrice habeatur, & ad prostibulum conducatur.



DE OFFICIO VICARII PROVISIONVM  
ET PERTINENTIBVS AD IPSVM OFFICIVM.

PRIMO est commodo Mediolanensi ciuitati Vicarij, & duodecim Prouisionum officium, ad ea tum seruanda, tum indies ordinanda, quæ utilitati, ac decori publico conueniunt. Itaq; constitutum est Vicarij & duodecim Prouisionum officium, quod tamen annuale sit; hocq; modo Vicarium eligi debere, vt sexaginta viri, qui deni ex singulis portis, generale ciuitatis consiliũ representant, singulo anno ante calendas Ianuarij conueniant, & collatis suffragijs sex Doctores ex collegio iurisperitorũ Mediolani eligant, quorum electionem Principi, vel in eius absentiam Locumtenenti præsentabũt, qui vnum ex ipsis doctoribus, quem maluerit, pro primo anno in Locumtenentem Principis ad id officium Prouisionum deputabit, Isq; Locumtenens in sequentẽ annum pro Vicario prouisionum electus esse intelligatur: & sic de anno in annum successiuẽ seruadum est, ut qui vno anno Locumtenens fuerit Principis in eo officio, sequenti anno Vicarius sit, & in fine anni is Vicarius omninõ sindicandus est. §. DVODECIM vero Prouisionum hoc modo eligendi sunt, vt cum dicti sexaginta viri ante calendas Ianuarij conueniant, pari modo collatis suffragijs decẽ octo viros, videlicet tres ex qualibet porta ciuitatis eligent, eaq; electione Principi, vel Locumtenenti præsentata, decẽ ex eis; inter quos sit secundum morem vnus Phisicus; deputabit, qui vnã cũ duobus doctoribus, à collegio iurisperitorum Mediolani eligendis, secundũ iam approbatã consuetudinẽ, numerum duodecim implebunt, & eorum officiu annuale erit, ex quibus tamẽ decem electis duo in sequenti anno vsq; ad sex menses continuabũt, nec alij duo electi per dictũ tempus eorum loco admittẽtur, & sic successiuis annis seruandũ est. §. ELIGENT etiã prædicti sexaginta viri, modo præmissõ, tres viros pro officio stratarum, & totidem pro officio victualium, Principiq; electionem præsentabunt, qui vnum ex eis tribus pro Iudice stratarũ, alterum ex alijs pro Iudice victualium eliget, & eorum officium annale erit.

Horum Vicarij & duodecim prouisionum Mediolani illa imprimis  
cura

cura est, omnem diligentiam adhibere, vt ea quæ concernunt victum hominum ciuitatis Mediolani & suburbiorum, iustis & decentibus pretijs vendantur, iuxta ordines & prouisiones. §. HIQC; solliciti & vigiles erũt, vt Iudices, tam ille qui victualium dicitur, quàm stratarũ bene se in eorũ officijs exerceant, cum Iudices ipsi necesse habent omnia cõmunicare & participare cũ ipsis Vicario & duodecim, maximẽ in his quæ ad victũ concernunt, & exequi id quod p eos, pũsum fuerit, p vtiori cõmodo ciuitatis. §. INSVPER habent diligenter examinare rationes quorũcunq; reddituũ communis Mediolani, singulo mense, & expensas quæ pro ipso communi fiunt, & disponere prout eisdem videtur. §. INSTAREQ; cum Sindicis, vt condemnationes cõmuni spectantes transmittantur. Erit quoq; officij Vicarij prouisionum, vnã cum Vicario Archiepiscopi Mediolani, curare quòd Ecclesia maior Mediolani rectẽ & benẽ administretur.

Vicarius prouisionum in causis civilibus motis & mouendis: nomine cõmunis mediolani, cõtra quoscũq; debitores, & occupatores, seu detentores bonorum & iurium ipsius cõmunis, sit Iudex ordinarius, & competens, easq; terminare & decidere habet absq; consilio sapientis, & summarie, vel ordinarie, prout eidem melius videbitur. §. A sententijsq; per eum ferendis non possit appellari, querelari, nec de nullitate dici.

Causæ coram Vicario vertentes nullam habeant instantiam. Et circa eas seruandum est id quod in causis coram Quæstoribus vertentibus sancitum est. §. Et eo amplius, quòd in omnibus, & per omnia faciendum est contra debitores communis, prout contra debitores fisci fieri debet.

Erit quoq; Vicarius Iudex in causis bonorum quæ Mediolani ad proclama ponuntur iuxta ordines.

Pertinet ad Vicarium prouisionum constituere & approbare seruitores communis Mediolani. §. Et item procedere, & punire ludentes ad ludos illicitos, vel in eis fraudes cõmittentes. §. COGNOSCEt etiam de causis vertentibus occasione laterum & regularum, & eorum quæ circa illud artificium committuntur in damnum publicum, & contra ordines.

Est etiam eius Vicarij & duodecim prouisionũ iurisditio, deputandi officiales ad perquirendas fraudes quæ cõmittuntur per artifices, & homines, (vt vulgo dicitur de paratico) ciuitatis, & ducatus Mediolani, & cõtrafacientes, & fraudes cõmittentes puniendi, mulctãdi, & cogendi debitores eorũ paraticorũ ad solutionẽ



& ipsis ius ministrare, tam in controuersijs inter eos vertentibus quam inter alios occasione paratici suæ artis, & ex paratico tantum, saluis tamen ordinibus ipsorum paraticorum.

Omnes inuentiones fraudum & contrauentionum, quæ fiunt ordinibus & prouisionibus communis Mediolani, si fiant in dicta ciuitate, vel intra corpora sanctorum eiusdem, eadem die vel sequenti deferendæ sunt per officiales ad officium prouisionum in scriptis, similes illis quæ deferuntur ad Iudices victualium & stratarum, qui Iudices non possint delatos reos absoluerè quoquomodo sine participatione Vicarij & duodecim prouisionum. §. Si verò facta fuerint extra ciuitatem, intra sex dies deferentur, sub pœna officiali aureorum trium pro qualibet vice. §. OFFICIALES nihil recipiant ab imputatis, sub pœna præmissa, etiam corporali, secundum qualitatem facti, arbitrio Vicarij & duodecim, pro prima vice, & pro secunda priuetur officio, & publicè ponatur ad catenam vel tribus istibus funis plectetur, arbitrio illius, qui dederit cū iuramento & vno teste fidedigno. Et vltèrius si ille qui pecuniã dederit nocēs sit, & ipse officialem accusauerit, ad aliquam pœnam non teneatur. §. TERMINVS defensionis imputatis, si in Ducatu habitabunt, minor trium dierum, nec maior quindecim à die inuentionis dari non debet, in ciuitate autem ad arbitrium Vicarij.

Sindici communis videre habent omnes inuentiones, & accusationes, etiam ad officia victualium & stratarum, & causas earum intra mensem expediri facere, sub pœna retentionis salarij sex mensium. §. Et item curare habent, vt omnes cõdemnationes factæ per dictos Iudices, & etiam quæ fiunt per Iudices maleficiorum, spectantes tamen communitati, intra quatuor dies transmittantur rationatoribus communis, sub pœna amissionis salarij vnus mensis. §. EXINDE earum fiat exactio, & pecuniæ Thesaurario communis numerentur, qui de dimidia parte earum cõdemnationum faciat solutionem salarij illis Iudicibus, qui eas cõdemnationes fecerunt, reliqua in alios vsus ad beneficium communis conuertenda est. §. Non licet Iudicibus eas pecunias cõdemnationum exigere. §. Nec etiam licet Thesaurario alicui pecuniam soluere, nisi præcedente iussu in scriptis Vicarij, & duodecim prouisionum sub pœna resarciendi de suo damnum communi.

Vicarius & duodecim prouisionum non possunt congregare alios ciues sine licentia Principis, sub pœna confiscationis bonorum, & alia pœna etiam coporali arbitrio Principis.

Pertinet ad Vicarium, & Iudicem victualium, & vnicuique eorum, tam

tam cõiunctim quàm diuisim accedere vel mittere ad quascunq; partes ciuitatis, & ducatus Mediolani, tam mediatè quàm immediatè subditas, ad inquirendum & inuestigandum fraudes quas pistores, cauponès, macellarij, & aliarum rerum venditores & negociatores cõmittunt, præsertim ob iniqua & adulterina pondera, & quoscunq; alios defectus & errores, qui in præmissis omnibus & singulis dependentibus, & connexis admittentur, nec non ad metiendum pondera & mensuras. §. ERITQ; eorum officij delinquentes punire, iuxta iuris municipalis & ordinum formam.

Et quia per agètes cõmunitatis Mediolani locabantur iura exigendi cõdemnationes contra vendentes panem, & carnes, & etiã ab eis quædam honoraria percipiendi, ideo huic morbo occurrentes, sancitum est, has locationes in futurum fieri non posse, sed Iudicem victualium Ciuitatis Mediolani curam habere debere, omnium pistrinorum, & macellorum, tam in hac vrbe existentium quàm extra, etiam in terris separatis. §. Et auctoritatem habet cum duobus officialibus à Vicario duodecim prouisionum eligendis, quos secum habebit, inuentiones faciendi, & item cõdemnandi, cõdemnationesq; ad communitatem Mediolani applicandi, modò tamen has cõdemnationes faciat cum interuentu Vicarij vel Locumtenentis in eo officio. §. Is Iudex victualium pro præmissis exequendis, & ad eius officium spectantibus salarium menstruum habebit librarum sexaginta, à Thesaurario cõmunitatis, ex primis pecunijs prouenientibus ex dictis cõdemnationibus, nec quicquam aliud percipere possit à pistioribus & macellarijs, vel alijs, quacunq; ex causa, etiam à sponte dantibus, sub pœna priuationis officij & aureorum quinquaginta, communitati applicanda, & maiori arbitrio Principis vel Senatus, huiusq; rei in sindicatu, & ante sindicatum ratio habenda est exactissima, nulla excusatione admissa, & non solum ipse Iudex accipiēs puniendus est, sed etiam eisdem pœnis is qui ei dederit cõtra huius constitutionis formam. §. POTESTQ; hic Iudex, cum interuentu tamen Vicarij prouisionum, vel ibi in eo officio Locumtenentis nostri, moderari, alterare, & augere pœnas & cõdemnationes eorum, quæ ad eius officium spectant.

Eo amplius sancitum est, præmissas sanctiones locum habere vltra ea quæ ex iure municipalis Ciuitatis Mediolani sancita sunt, modò his sanctionibus contraria non sint.



LIBER  
DE CONSULIBVS IVSTITIAE  
MEDIOLANI.

CONSULES iustitiæ Mediolani, qui doctores nō sunt, non possunt in contractibus consensum præstare, nec auctoritatem interponere quando contractus summam aureorum ducentum excederent.

DE OFFICIO ABBATVM ET CONSVLIS  
MERCATORVM MEDIOLANI.

ABBATVM, & Consulis mercatorū Mediolani iurisditio illa est, cognoscere de omnibus causis vertentibus inter negociatores vel mercatores, seu eorum fideiussores & cōtrahentes cū eis, ex causa mercimonij tantū, quod exercentur per mercatores descriptos, vel alios, qui diuersimoda mercimonia exercent, (qui vtētes stratis vulgo appellati sunt,) & etiā quotienscunq; de ipso mercimonio agitur, & item pro aliqua remuneratione seu mercede ex causa mercimonij debita, & etiā inter ipsos mercatores occasione cōtractuū, in quibus alter alteri soluere pecuniam promittit, cū causa hæc inter eos mercatores mercantilis præsumatur. Cognoscent etiam de depositis factis penes mercatores vel campsores, & de literis cambij, & intelligantur mercatores hi qui pro talibus ad dictum officium descripti sunt, secundum formam statutorum suorum. §. De his causis alij Iudices quā Abbates præmissi se intromittere non possunt.

Causæ vertentes, & quæ verti possunt coram Abbatibus, & Cōsule mercatorū Mediolani instantiam viginti dierū vtiliū habeāt, à die petitionis inchoādorū, intra quos dies eas causas decidere & terminare habent, iuxta statutorum, suorū formā, summarie, & sola facti veritate inspecta, absq; cōsilio sapientis, nisi causa eis videatur ardua, & dubia, quo casu datis prius p partes diffidētibus de collegio iurisperitorū Mediolani vsq; ad numerū octo pro parte, Abbates secretò consilium assumant. §. Si verò contingat in aliqua causa dilationem dari ad probandū extra ciuitatē, vel ducatū Mediolani, eo casu durante dilatione non currat instantia, sed ea finita, partes sint in eo gradu & statu, prout erant ante dilationē datam. §. QUAE tamen dilatio dari debeat parte perprius testes nominante, & iurante quòd ipsam dilationem non petit calumniosè, nec in fraudem, sed quòd credit ipsis testibus indigere ad probationem iuris sui.

In

In casibus in quibus potest appellari à sentētia, siue interlocutoria siue diffinitiva ferēda per Abbates mercatorū, appellationes non admittantur, nisi termino dierum quatuor continuorum à die intimationis sentētiæ interpositæ fuerint. §. Is tamen appellans, siue actor fuerit siue reus, nisi termino aliorum quatuor dierum, immediatè sequentium deposuerit omne & totum id in quo cōdemnatus fuerit, vel pecuniam æquivalentem, & integrè soluat, omnes expensas in quibus fuerit condemnatus, & tantūdem deposuerit, p expensis faciendis in causa appellationis, ad appellationē prosequendā nō admittatur, sed sentētia mittatur executioni. §. POTERIT tamē postquā sentētia executioni demādata fuerit in termino à iure cōcesso, ipsam appellationē prosequi, factō perprius deposito expensarum faciendarū in causa appellationis pro eadē summa, pro qua in causa principali cōdemnatus est. Abbates mercatorum in hoc, tamquā delegati Principis, causas appellationum, seruatis præmissis, committēt duobus vel tribus mercatoribus partium confidentibus, vel alterius tantū in cōtumaciam seu renitentiam eius partis, quæ suos confidentes non dederit vel recusauerit. §. HIQ; confidentes in causis eisdem commissis habeāt eandem iurisdictionem & potestatem, quam habebant Abbates in causa principali, & pari modo iudicare debeant summarie, & sola veritate inspecta, & prout in causa principali iudicare possunt. §. INSTANTIA causæ appellationis viginti dies vtilis habet, à die commissionis tamen numerandos. §. Nec de causis ipsis appellationum alij Iudices quā Abbates, seruatis tamē his de quibus supra, intromittere se possunt.

Si quis merces emerit, adiecta die solutionis faciēde, pactusq; cum creditore fuerit instrumentum obligationis facere, idq; postquā merces habuerit non fecerit, eo citato, statuatur per Abbates terminus ad faciendum creditori instrumentum obligationis iuxta conuentam, & cum iuramēto, ad statutorum mercatorum formā, in quo termino si debitor non paruerit, eo casu asserēte creditore cum eius iuramento merces vendidisse debitori, & ad id accedat fides proxoneta, descripti, qui medius fuerit; cogatur debitor omnibus iuris remedijs, etiam per personalem detentionē, ad satisfaciendum creditori in pecunia numerata in præsens, ac si terminus conuentus ad soluendum statutus non fuisset.

Quotienscunq; requisitus fuerit debitor ex causa literarū cambij, cū ptestatione non facta solutionis, iuxta morē & consuetudinē literarum cambij, intimationesq; factæ fuerint medio pxoneta

k ij descri-



descripti si iurauerit creditor illud cambium verè & realiter factum fuisse, & non fuisse cambium (vt vulgo dicitur) mortuū, Abbates omnibus iuris remedijs, etiam per personalem detentionē, debitorem cogant ad soluendum, & hoc nisi debitor fideiussorē idoneum dederit, quòd intra octo dies soluet. §. Eo amplius sancitum est, quòd literæ cambij veri & realis, & non (vt vulgo dicitur) mortui hipotecam habeant.

Si quis prima facie debitor ex causa mercimonij apparuerit p instrumentū vel cōdemnationē, vel per literas, nō possit dare libellū (vt dicitur) præuētorij, vel aliquod iudiciū intentare ad impediendū executionē, sed ea omninò cōcedatur seruatis ordinibus. Aduocati & causidici non possint pro aliquo debitore corā Abbatibus sine eorū licentia cōparere, sub pœna suspensionis officij per annū. §. EADEMQ; pœna tenentur notarij eorū Abbatū, si coram Abbatibus directè, vel p indirectū, patrociniū assumāt caufarum. Si concedatur per Principē literæ saluicōductus, per eas derogatū esse non intelligatur iurisdictioni, & ordinibus Abbatū mercatorum quominus agere possint, & procedere iuxta eorum ordines, consuetudines, & stilum, nisi in ipsis literis in specie prædictis omnibus fuerit derogatum. Non tamē ad executionem personalem deuenire possunt contra earum literarum formam.

Omnibus mercatoribus, artificibus, magistris apotecę, & eorū operarijs cuiuscunq; exercitij, interdictū est recedere à ciuitate Mediolani, vt in alijs locis extra dominium habitent ad finem vt ibi artem exerceant, sine licētia speciali Principis vel Senatus, quòd si contrafactum fuerit, mercatori & magistro apotecę pœna cōfiscationis bonorum erit, insuperq; ciuilitatem & facultatem artē exercendi amittant, operarij autem pœna quinquaginta aureorū fisco applicanda teneantur, quam si soluendo non erunt, tribus iētibus eculei plectantur.

Quicunq; in dominio Mediolani mercator, & in mercatorum matricula descriptus, & quilibet negociator, & artifex, vel à mercatura & negociatione dependentia habens, priuatorumq; pecunias & bona in mercaturis exercēs, per fugam actualem à dominio à fide defecerit, & eam ob causā creditoribus suis nō satisfecerit, is cuiuscunq; etatis sit, etiam si sexagenariā excesserit, si detineri potuerit, furcis suspendatur, vel ad triremes perpetuo mittatur, arbitrio tamen Principis vel Senatus. §. HAEC tamen pœna ita deum locum habebit, nisi fidefragi intra tres menses à die publicationis factæ de eorum fuga concordēs erūt cum creditoribus suis

suis ad formam statutorum mercatorum. §. OMNIVM officialium cura erit, si aditi fuerint à creditoribus, constituto prius de credito vel per summariam informationem, etiam parte nō citata factā, & quolibet die etiam feriato, non seruato etiam aliquo iuris ordine, vel per solum creditoris iuramentum, cuius etiam iuramento de fuga credatur, omnes hos debitores detinere, diligenterq; eos custodire, nec relaxare, nisi prius creditoribus satisfecerint, vel cum eis concordēs fuerint, aut ad luēdas meritas pœnas mitantur. §. HAEC tamen probationes hoc modo factę in causā cognitione præiudicare non habent ipsis detentis, vel iuribus eorum, nisi postmodum legitimè factæ fuerint, & alio modo quā p iuramentum, & si compertum fuerit quem indebitè detentū fuisse, puniatur is, qui eum detinere fecit in quinquaginta aureis pro dimidia parti, & pro dimidia fisco applicandis, & alia maiori pœna arbitrio Abbatum, inspecta qualitate personarum. §. QVOD si officiales ita prestò non essent, vel essent inhabiles ad hos detinendos, licitum erit creditoribus, & agentibus, & mandatarijs eorū cum auxilio priuato vsq; ad numerum decem hominum, eum debitorem fidefragum detinere auctoritate propria & Iudici consignare. §. HAEC in omnibus locis huius dominij fieri possunt, & quibuscunq; alijs diebus, tam feriatis, quā non feriatis, etiam in honorem Dei, & etiam in ecclesia, in foro, & in domo propriæ habitationis debitoris, etiam in domo vbi Princeps residet, ita vt nullum locum tutum habeant. §. HAEC quoq; sanctio respectu capturæ modo præmissæ faciendæ, etiam pertinet ad hos, qui dolo se sui copiam non faciunt, vel pro fugitiuis habentur.

Postquā Abbatum mercatorum mādato debitor publicatus fuerit pro fidefrago, quæ publicatio sono tubæ in locis publicis & solitis faciendā est, tenentur omnes qui habent penes se, aut sciunt penes quem sit de bonis, rebus, instrumentis, libris rationū, scripturis eū debitoris fidefragi, termino quindecim dierum ea Abbatibus notificare, sub pœna trecentum aureorū cuiuslibet cōtrafacienti, pro tertia fisco, pro tertia accusatori, & residua creditoribus applicanda, & quilibet accusare possit.

Huiusq; debitoris fidefragi debitores in dominio habitātes, & præsentes in eo, quindecim dierum termino debita notificare in scriptis necesse habēt Abbatibus, sub pœna quadrupli applicandā vt supra: Si verò absentes fuerint, id termino trium mensum facere habent, & pari modo si debitum ex re acta extra dominium causatum fuerit, modò tamē quindecim dierum termino eo meliori



modo quo fieri poterit, notificetur. §. Nec exinde possunt hi debitorum creditori suo fidefrago solvere, aliàs ad iteratam solutionem teneantur. §. CREDITORES pari modo fidefragi eorum credita notificare habent, sub pœna amissionis iurium & actionum, super bonis immobilibus competetium, quò ad beneficium aliorum creditorum. Et plus verò credito notificantes in quadruplū puniuntur. §. ERROR tamen in præmissis librarum sexdecim imperialium pro centenario, præiudicio non erit notificantibus quò ad penā. Contractus quicumq; & quæcunq; cõventiones factæ cum his fidefragis, aut eorum procuratoribus vel negociorum gestoribus, post quam fugam arripuerint, siue contineant confessionem debiti, aut partis eius, vel dilationem, aut terminum ad soluendum, & ite obligationes, venditiones, alienationes, translationes, cessiones vè bonorum, iurium, & actionum vti bono publico præiudiciales, inquantum creditoribus præiudicant, sint nulli, & nullæ, nulliusq; valoris & momenti, etiam quòd iuramento, (tamquam in fraudẽ factò, vel simulatè interposito) vel alijs solemnitatibus muniti sint, aut literis Principis confirmati, nec per Iudices executioni mittendi sunt.

QVOD CAPITANEI MARTHESANAE ET  
SEPRII, IURISDICTIONEM NON EXER-  
CEANT IN CERTIS VILLIS.

CAPITANEVS Seprij, & Bulgariæ, & Capitaneus Marthesanæ, & Batianæ, qui in dictis regionibus iurisdictionem criminalẽ exercere habent, & maiorem Magistratum, se tamẽ intromittere aliquo modo non possunt, nec iurisdictionẽ exercere in infrascriptis plebibus & terris, quia huius constitutionis vigore, tam in ciuilibus quam in criminalibus, de iurisdictione Prætoris Mediolani esse declarantur: Quæ loca sunt hæc, videlicet.

IN SEPRIO ET BVLGARIA.

Plebs de Cisano, Plebs de Treno.

IN PLEBE DE CORBETA.

Locus de Cisliano, Locus de sancto Vito,  
Locus de Sidriano, Locus de Baregio,

Locus

Locus de Bestacio, Locus de sãto Petro ad Bestaciũ,  
Cum suis capfinis & territorijs.

IN PLEBE DE NERVIANO.

Locus de Carono, Locus de Pregnana,  
Locus de Vdrugio, Locus de Cornaredo,  
Locus de Poliano, Locus de Rhaude,  
Locus de Venzago, Locus de Lusernate,  
Cum eorum capfinis & territorijs.

IN MARTHESANA, ET BACIANA.

Plebs de Bruciano, sij, exceptis Serenio, Blasono,  
Plebs de Bolatè, Vedano,  
Plebs de Desio, cū burgo De- Locus de Machario.

IN PLEBE DE GORGONZOLA.

Locus de Vignate, Capfina de Villafranca, siue de Pe-  
Locus de Campo richo, chijs, cū capfinis, & eorum territorijs,  
Locus de Rethenate, Plebs de Mezate tota.

IN PLEBE DE VICOMERCATO.

Burgus de Concorretio, Plebs de sancto Donato,  
Locus de Gradi, Plebs de sancto Iuliano,  
Locus de Carugate, Plebs de Locate,  
Locus de Caponago, Plebs de Rosate,  
Capfina de Baracia, Plebs de Decimo.  
Curia de Modoetia, Plebs de Septara,  
Plebs de Segrate, Cum suis capfinis & territorijs.

DE OFFICIO PROTECTORVM.  
CARCERATORVM.

PROTECTORES carceratorum possunt cogere, & condemnare quoscunq; qui non ritè aliquem detinere fecerint, ad satisfactionem expensarum factarum per ipsos non ritè detentos, & habito prius sermone cum Iudice.

k v DE



LIBER DE OFFICIO IUDICIS ET COMMISSARIUM FLUMINIS OLONAE, ET PERTINENTIBVS AD IPSVM OFFICIVM.

COMMISSARIVS fluminis Olonae ultra biennium officium exercere non possit, & antequam de officio se intromittat, apud acta Magistratus extraordinarij iurare teneatur, & idonee fideiubere ad summam ducetum aureorum se bona fide officium exerciturum, ordines seruaturum, & sindicatui pariturum. Nec possit memoratus Commissarius directe nec per indirectum ab habentibus ius in flumine Olonae, nec eorum partiarijs vel conductoribus, etiam sponte dare volentibus, quicquam accipere, nec esculentum, poculentum, sed contentus sit annuo salario, quod aureorum centum & viginti erit, modo de quo infra, soluendo, alias officio priuetur, aliaque pena mulctetur arbitrio senatus imponenda. Is quoque Commissarius, si in rem presentem accesserit, ab aliquo utete aquis fluminis predicti conductus, vel per visitanda, vel moderata bucca, aut collaudadis pratis iuxta ordines, a conducete, propter solidos quinquaginta singula die, nihil ulterius exigat, sub poena premissa. Codenare autem debet ordinibus contrafacientes ad eorum ordinum formam, adhibitis tamen duobus fiscalibus deputatis, vel altero eorum, procedendo summarie, sine strepitu & figura iudicij, etiam ad petitionem cuiuslibet accusantis aliquem ordinibus contrafecisse, & codenare, ut supra, si delatio probata fuerit per iuramentum accusatoris legitime, & per unum testem fidedignum, alias absoluere teneatur. In primordio quoque officij flumen ipsum visitabit, curabitque quod omnes buccae ad formam ordinum reducatur, quod si negliges fuerit etiam durante officio, sindicari, & puniri possit, inspecta qualitate facti, poena arbitrio Senatoris ad id deputandi, imponenda. Eliganturque per Consules molitorum, seu ipsos molitores a Rhaude inclusive infra unum, a Rhaude vero usque ad Neruvianum exclusivum alter, ut supra, qui tamen non habeant prata super flumine Olonae, nec utantur aquis eiusdem, nec sint conductores, inquilini, seu pensionantes ipsorum utentium, nec sint agnati vel attinentes alicuius, qui utatur aqua dicti fluminis, usque ad tertium gradum, qui per Vicarium provisionum approbentur, iurentque, & apud acta Magistratus extraordinarij etiam idonee fideiubeant usque ad summam aureorum decem, quod officium suum bona fide exercebunt, ordines observabunt, contrafacientes denunciabunt, contentique erunt salario menstruo aureorum duorum, quod super condemnationibus

bus faciendis persolvetur, nec quicquam aliud accipient, nec etiam esculentum, poculentum, etiam dare sponte volentibus, nec aliquem falso accusabunt vel accusandum pratermittent, sub fustigationis poena, & alia arbitrio Senatus imponenda, credaturque accusatori unius ex camparijs predictis cum iuramento. Eligatur etiam per Vicarium & duodecim provisionum notarius probus & legalis apud dictum Commissarium, qui pari modo apud Vicarij acta iurabit officium suum bona fide facturum. Deputabit Senatus unum Senatorem cui Commissarius & notarius bis in anno, & ultra ad omnem eius Senatoris requisitionem teneantur rationem reddere gestorum in officio, sub poena privationis officij, & alia arbitrio Senatus imponenda. Senatorque deputandus omnino bis in anno acta per Commissarium, notarium, & camparios intelligat, faciatque quod contenta in hac nova sanctione observentur. Caterum si quis reclamare & querelam porrigere contra aliquam condemnationem per Commissarium factam voluerit, id facere possit apud Senatorem deputandum intra quatrimum post factam condemnationem, condemnato praevia citatione peremptoria, & specificè monito. Senatorque ad id deputatus summarie videat causas gravaminum, & Senatui referat, qui attenta qualitate casus providebit prout conveniens putaverit, interim tamen condemnationes ad Cameram non transmittantur nec exigantur. Quod si non curaverit cum effectu termino quindecim dierum causam expediri, non impediatur condemnationis executio. Alueus fluminis Olonae a loco de Cerciate, usque ad locum de Castignare reducatur in formam quod latus sit ad minus per brachia duodecim, ad brachium lignaminis, eaque alvei ampliatio fiat ab ea parte, quae ipsi Commissario videbitur, & ista Commissarius exequi curet, nisi videatur plus & minus faciendum arbitrio Senatoris deputandi. Nemini liceat rugiam eleuare, nec incilia ponere, per quae duci possit aqua ex flumine Olonae ad irrigationem pratorum, nisi prius habuerit ius id faciendi, & idonee satisfecerit apud acta Commissarij singulo anno & in principio anni pro summa decem aureorum, de non utendis aquis contra formam ordinum, hancque fideiussione singulo anno renouare teneatur. Sufficiatque si dominus pratorum fideiubeat pro se, colonis, & conductoribus, nec ab eis ulterior fideiussio requiratur. Notariusque pro dicta fideiussione nisi solidos quatuor pro mercede accipiat. Teneaturque ducere volens aquam, ut supra, ultra praemissa habere dictam rugiam, seu incilia



in formam infra scriptam, videlicet quod habeant pedem cum suis (vt dicitur) spallis lapidibus & cemento factis, altum a fondo aluei Olonæ per tertias duas vnius brachij ad brachium lignaminis, capiendo mensuram per medium aluei, & non sit lata ultra brachia duo cum dimidio dictæ mensuræ. Et qui cōtrafecerit puniatur pro qualibet vice, in scutis decem Cameræ applicandis.

§. LICETATO, habentibus dictas rugias modo præmissio aquam ducere ex flumine prædicto per ipsas rugias ad irrigationem pratorum suorum, videlicet a terra Canegrate inclusiue supra ab hora vespertina vnius cuiusque diei Sabbati, vsq; ad horam vespertinam diei Dominicæ sequentis, & sic per diem naturalem vigintiquatuor horarum: his verò qui habent rugias a loco Canegrate exclusiue infra vsq; ad locum de Rhaude exclusiue, ab hora vespertina diei Dominicæ vsq; ad horam vespertinam diei Lunæ sequentis. Et sic per alium diem naturalem, vt supra. Residuis verò habentibus rugias a loco Rhaude Mediolanum, ab hora vespertina diei Lunæ vsq; ad horam vespertinam diei Martis sequentis. Et hæc omnia incipiendo a medio mense Martij vsq; ad medium mensem Septembris cuiuslibet anni. Alijs autem mensibus & diebus prohibitu sit prædictis aquam ducere ex dicto flumine, saluo quod a die vigesima quarta Decembris inclusiue vsq; ad decimam septimam Ianuarij, & sic per vigintiquatuor dies continuos possint aquam ducere, vt supra, hoc modo, vt qui superiores sūt primis octo diebus vtantur, medij sequentibus octo, & vltimi residuis octo: Parij modo vtantur partitis diebus hebdomadæ sanctæ & octauæ Pascatis Resurrectionis. Alternij, se se statutis diebus nõ impediāt, quod si quis in aliquo præmissis cōtrafecerit, irremissibiliter condemnatur pro qualibet vice a perticis quinq; prati supra vsq; ad omnem quantitatem in scutis viginti quinque Cameræ applicandis, a perticis verò quinque infra in aureis quatuor pro qualibet vice. Et intelligatur quemlibet contrafecisse in cuius pratis vel agro repta fuerit aqua defluere ad irrigationem bonorum in die vel hora, aliter quam sit concessum, vt supra.

Omnescq; qui ducent aquam, vt supra, teneantur habere (vt vulgo dicitur) foratorem per quem scoladutia dictarum aquarum reuertantur in alueo Olonæ, ab ea parte aluei, ex qua aqua ducitur, antequam attingant tertium molendinũ, & hoc a terra Parabiaghi infra, supra verò ante quartum in ordine molendinũ. Quod si aliqua rugia habere foratorem non comperiat, statim obturetur nec aperiri possit, nisi facto foratore collaudato per Cōmissariũ,

&amp;

& habens rugiam tertio monitus, iure ducendæ aquæ priuetur. Nemini quoq; liceat facere, tenere, nec habere clusam vel impedimentum pro deriuandis aquis ex ipso flumine, sub pœna contrafacienti aureorum quatuor pro singula vice, & singulo impedimento, hoc tamen locũ non habeat in molendinis, nec causa molendinorum, tantũ illorum qui habent ius vtendi dictis aquis.

Molitoribus liceat irrigare omni die impunè eorũ insulas quæ non sint maioris quãtitatis p̄ticarũ quãque, p̄ singulo molendinũ, teneanturq; dicti molitores, cũ habuerint aquã ad suũ molendinũ, tenere hostia canaliũ aperta, quæ fuerint necessaria ad molendũ, ita quod aqua liberè possit fluere p̄ alueũ Olonæ, & q̄ cōtrafaciet puniatur p̄ qualibet vice & quolibet ostio in aureo vno applicãdo, vt supra. Molendina quoq; existentia super flumine Olonæ aptari debeant, expensis illorum quorum sunt, ita vt liberè deflui possit aqua ad ciuitatem Mediolani, arbitrio Commissarij.

Si superfluitas aquarum fuerit propter excrescentiã fluminis Olonæ, quæ excrescentia intelligatur si flumen intra ripas non contineatur, liceat eo tempore omnibus habentibus rugias super flumine Olonæ, durante excrescentia deriuare aquam ex dicto flumine liberè, & impunè, & omni die & nocte.

Vniuersitas locorũ Parabiaghi, & Rhaude, quacũq; die & hora, liberè, & impunè ducere possit aquã ex Olona flumine & ea vti, modo nõ vtatur ad irrigationẽ pratorũ, & hoc p̄ incilia p̄ quæ ducere aquã solitũ est, hoc modo, quod singula vniuersitas p̄forari faciat lapidẽ marmoreũ, seu siliceũ, in forma quod p̄ foramẽ fluat aqua in cauũ ad id factũ, in quãtitate vnciarũ sex, scilicet p̄ tertiã vnius brachij, ad brachiũ lignaminis in longitudine dicti foraminis, & mediã quartã in altitudine eiusdẽ, isq; lapis claudi debeat in ripa aluei fluminis Olonæ lapidibus & cemento, ita tamẽ quod foramẽ in dicto lapide existens remaneat altum a fondo aluei Olonæ per tertiam vnius brachij. Quibus sic peractis, si quis ausus fuerit lapidem remouere, vel ordinem prædictum aquæ ducendæ impedire incurrat pœnam aureorum viginti, Cameræ applicandam, & suis impensis omnia in pristinum reducat. Idq; obseruetur, modo vt dictum est: ex aqua modo præmissio ducenda non irrigentur prata, & reuertatur in alueum fluminis Olonæ.

Cōmissariũ Olonæ & camparios nullus offendat, nec offendi faciat nec impediatur, quominus officia sua exercere possint, sub pœna etiam corporali, arbitrio Senatus imponenda, teneaturq;. Cōmissarius infra quindecim dies, postquam noticiã habuerit, aliquẽ

vi



vi & potentia, ducere aquam ex flumine Olonæ contra ordines, eum cōdemnare in aureis viginti quinque pro singula vice, & cū auxilio officialium arari facere eius prata, in modum quòd mutetur facies loci, & non videantur amplius prata.

Cōmunia quoq; Burgorū, locorū, capinarū, & molendinorū propinqua flumini Olonæ ad tria millia passuum, teneantur semel in anno, si requisiti fuerint à Commissario, ire cum instrumentis necessarijs ad implendum fossas per quas duci possit aqua ex dicto flumine cōtra formā ordinū, impensis tamē minorū eorundē. Ducentes aquam ex flumine Olonæ teneantur cōstruere & manutenere pontes necessarios super aquaductibus.

Cōterū si reperiri modus poterit, per quem augeri possit aqua in flumine Olonæ, & videatur Commissario, habita tamen participatione cum Senatore deputādo, opus fore bonum & vtile, id opus fiat cum cōsilio peritorum eligendorū per Senatorem deputādū. Teneatur quoq; Commissarius, quamprimū fieri possit, cū cōsilio sex virorū habentium prata in valle Olonæ, purgari facere fontes veteres & novos, ex quibus aqua fluat, vel defluerit in alueo Olonæ, in eis locis in quibus videbitur expediens, & vtile pro augendo aquā in dicto flumine, idq; fiat expensis habentiū prata, & molendina super dicto flumine, & quarū expēsarum distributionem faciat Commissarius, cum participatione dictorum sex virorum. Et si quis diuerterit aquas dictorum fontium, vel aliter impedierit, quominus in flumen Olonæ decurrant, puniatur in aureis cētum, & maiori pœna, arbitrio Senatus.

Liceat etiā dealbatoribus fustaneorū, aciarū, & draporū, & cōficiantibus lateres & tegulas, quocunq; die & tempore, pro arte sua exercēda tantū, ducere aquā necessariā & vtilē ex flumine Olonæ, ea tamē lege, ne ad alios vsus diuertāt, sub pœna aureorū quinquē. Deniq; si contingat plures personas habere ius in eodem aquaductu, & aliqua fuerint diligentes in faciendis impensis circa prædicta, & aliqua renitētes fuerint vel negligētes ad cōtribuēdum prærata portione dictis impēsis, eo casu diligentes tota aqua vtrātur dictis renitētibus vel negligentibus spectante, nec vti aqua possint donec soluerint ratam suam portionē dictarum impēsarum. Eo amplius quòd si per annū steterint quòd nō soluāt, iure aquæ ducēdæ in perpetuū priuētur, & illud ius diligētibus, qui fecerint impensam accrescat ipso iure, sine aliqua Iudicis declaratione.

Condemnationes quas faciet Cōmissarius, ad Cameram extraordinariam transmittat, & pecuniæ quæ ex eis exigentur, penes vnū per

per Magistratum extraordinariū eligendum deponantur, de quibus quantum sit respectu dimidiæ partis, nihil disponi possit, nisi à summa salarij præfati Commissarij & campariorum supra, quia super ea dimidia parte omninò satisfaciendum est salario dictorum Commissarij & campariorū. Et propterea nullæ compositiones fieri possint, quæ sint infra dimidiam partē earum. Nec aliquę assignationes de eis condemnationibus fieri possint, respectu dictæ dimidiæ partis, & factæ nullius sint effectus & momenti. Ad dictis verò salarijs supra disponat fiscus, prout eidem videbitur. Et quia in moderādis buccis necessaria est opera Architecti seu ingenierij, ideo sancitum est per Senatorem deputandum, vnū ex ingenierijs communis Mediolani vel fisci eligi debere.

## DE OFFICIO GVBERNATORVM

## STATVTORVM.

OMNES officiales ciuitatis Mediolani tenētur omnes cridas, ordines, prouisiones, limitationesq; pretia taxāda carnibus, piscibus lignis, & alijs victualibus rebus, & quæcunq; decreta & statuta faciēda, & quæ seruari debeant, liberè, & sine aliqua exceptione, statim deferri & consignari facere ad officium Gubernatorū statutorum dictæ vrbis. §. TUBICINES tenentur publicatis præmissis eas originales dicto officio consignare, sub pœna officiali & Tubicini contrafacienti priuationis officij.

Eo amplius sancitum est, quòd quibuscunq; decretis, statutis, literis, prouisionibus, cridis, & alijs scripturis de quibus in præcedenti constitutione sit mentio, siue publicū, siue priuatū cōmodum concernant, ad dictum officium Gubernatorū registratis, plena & indubitata fides adhibeatur, tam in iudicio quàm extra, quemadmodum originalibus, & publico instrumento adhiberetur.

Sancitum etiā est, quòd citationes & quæcūquæ aliæ scripturæ quæ publicātur sono tubæ ad scalas Pallatij ciuitatis Mediolani, ea die per copiam ad officium Gubernatorum statutorum Mediolani dimittantur, qui sine impensa partium in filo ponant, ad finem vt quilibet notitiam habere possit & copiam, cui credatur, vt in præcedenti constitutione cautum est.

Cridæ, citationes, & aliæ scripturæ, quæ ex forma harū cōstitutionū cōsignari debent officio Gubernatorū statutorū Mediolani, si saltem intra vnā diē nō cōsignentur, sint nullæ, nulliusq; valoris & momenti, nec exequantur. §. Et eo amplius officiales cōtrafaciētes teneantur ad refectionē expēsarū, danorū, & interessē damnū passo.

FINIS CONSTITVTIONVM.



M. D. XLI. Alli III. d' Ottobre in Milano.



**E**SSENDOSI per la Maestà Cesarea firmati & stabiliti tutti li Decreti di questo suo stato di Milano, à grandissima utilità & beneficio delli sudditi, come appare per lettere di sua Maestà Date à Milano alli 27 d' Agosto prossimo passato; qual insieme con l'originale d'essi Decreti, sottoscritti di mano propria di sua Maestà, & sigillati, sono all' officio delli Panigaroli, accio si possano uedere; Et uolendo l' Illustrissimo & Eccellentissimo Signor Alfonso de Auolos de Aquino Marchese del Vasto, Cesareo Capitaneo generale in Italia, & Locotenente nel stato de Milano, che questo uenghi à notitia d' ogni persona, & che siano offeruati.

In nome di sua Eccellèza se ne fa per la presente Crida & notitia ad ogniuno & che da qui inanti si hauerano ad offeruare per tutto questo Dominio di Milano, incominciando da Calende di Genaro M. D. XLI prossimo inanti, certificando ogniuno che di presente dette Constitutioni con diligentia se imprimono, accio che nanti detto tempo ogni persona ne possi hauere copia & saper la loro continenza.

Signata, El Marchese del Vasto.  
Cum sigillo prefati Illust. Marchionis.

Vidit Taberna.

Aug. Mont.

PUBLICATA Super Platea Arenghi, & in Broleto Communis Mediolani per Oliuerium de Marliano Tubetam, die Mercurij, quinto mensis Octobris, M. D. XLI. sono Tubarum premisso.

## DE ANNATA EXIGENDA

DECRETVM ALFONSI DAVALI.



**E**T sia subditis huius Dominij Mediolanen. Cæs. Maie-  
stas pro milite extra eius Ditionem detinendo, quem  
pro conseruatione rerum suarum, & quiete, ac tran-  
quillitate huius Status necessarium semper duxit, pecu-  
niarum certam summam extra ordinem iam diu exigi  
voluerit, semper tamen maximo concupiuit desiderio res ad or-  
dinarium suum reduci posse, quod præteritorum temporum iniu-  
ria effici nunquam hætenus potuit, quod plus est, res præsentis  
hoc postulare videntur, vt maiori militum numero opus sit pro  
securitate & quiete subditorum, & pro seruitio suo, eaque ratio-  
ne equites leuis armaturæ ad certum numerum iam stipendio a-  
scripti fuerunt, quibus cum de satisfactione debita prouidendum  
sit, neque aliunde opportuna adhiberi possit prouisio, ob alias  
grauissimas impensas, quas pro commodo & beneficio vniuersæ  
reipublicæ Christianæ, eadem Cæs. Maieestas coacta fuit his diebus  
facere, nobis propterea literis suis mandauit mentis suæ esse, vt  
huic necessitati consulatur a pheidatarijs, donatarijs, & his qui-  
bus pensiones aut prouisiones aliquæ constitutæ fuerunt, anna-  
tam exigendo, quod genus subsidij promptius, & liberalius face-  
re omnes, qui ad id tenebuntur, æquum est, cum & per retroa-  
ctos Principes id factum fuerit, & in re tam necessaria pecunia er-  
roganda sit. Et in hoc liberalitatem Cæs. Maiestatis tanto magis  
promereri se ostendunt & priuilegio obtento digni, quanto in re-  
bus seruitium suum concernentibus, promptiores se demonstrant.  
Per has igitur nostras imperiali qua fungimur auctoritate, & in exe-  
cutione præfatarum literarum Cæs. Maiestatis ædicimus, & decer-  
nimus quod quicunq; per se aut precessores suos habuerunt, aut a  
Cæs. Maiestate, aut ab his qui antea Dominiū Mediolani tenuerunt in multis  
aliquas ciuitates, castra, loca, terras, bona, iura, veftigalia, census, capitibus  
concessiones, seu pensiones annuas, ad beneplacitum, vel ad ui-  
tam adhuc durantes, aquas, exemptiones, & quodcunq; sit bono-  
rum aut iuriū genus, & quocunq; titulo nuncupetur, siue in pheu-  
datione, siue titulo donationis, uel cuiusuis concessionis gratuita, etiã  
pro benemeritis, his deniq; tantum exceptis, vbi vera & actualis sunt ne-  
pretij numeratio interuenerit, teneantur, omni & quacunq; exce-  
ptione remota, infra quindecim dies, a tempore presentis publi-  
cationis, consignare priuilegia, & iura quæ habent, & habere præ-  
tendunt, a Cæs. Maiestate, seu aliter quomodocunq; in manibus  
deputandorum super ipsa annata. Et consequenter dimidium veri  
aa redditus



DECRETA

quod etiam ubi non interuenit actualis numeratio, sed data fuerint bona uel iura camerae in causa, uel ratione impense factae donationis esse, quod tamen non teneatur ad solutionem annatae. Dum legitur ueri redditus, seruauit curia quod ad pheuda antiqua, & donationes ueteres ut fiat solutio secundum taxam antiquam ad libros descriptam.

redditus dictorum bonorum, iurium, & pensionum ut supra, in manibus Theaurarii generalis Mediolani soluere, & aliam dimidiam infra alios quindecim dies tunc proximè futuros, in manibus ut supra, sub poena amissionis concessionum feudorum, donationum, remissionum, exemptionum, pensionum, prouisionum, aut aliorum quorumcumque iurium suorum concessarum ut supra, in quam poenam ipso facto ipsi pheudatarii, donatarii, & alij ut supra incurrisse intelligantur, in casu contrauentio nis presentis nostri decreti. Item uolumus quod quicumque habuerint molendina, refecas, follas, trauerarias, uel alia quaecumque aedificia aequè impetu, & cursu laborantia, in quibuscunque fluminibus publicis Domini Mediolani, aut ab eis deriuantibus, aut aliter quomodo cumque aquae ipsae decurrant in ipso dominio sub administratione nostra, mediate uel immediate superposito, qualiacumque sint flumina ipsa, & quibuscunque nominibus, tam ea flumina quam aquae aliter decurrètes nuncupentur, siue riuui, siue torrétes sint. Non comprehendentes tamen in presenti decreto quae utuntur aquis ex fontanilibus opere manu factis, teneantur, & debeant his modo & forma de quibus supra, soluere Theaurario ut supra in pecunia numerata, uerum redditum unius anni molendinorum ipsorum, & aliorum quorumcumque aedificiorum ut supra, comprehendentes etiam quod illi qui irrigant prata ex aquis publicis ut supra teneantur soluere solidos quinque pro quolibet pertica, & in dicto termino, ut supra, consignare in scriptis uerum numerum perticarum praefectis nostris annatae ut supra, sine aliqua exceptione, & omni contradictione cessante: sub poena de qua supra. uolumus item quod quicumque habuerint exemptiones imbotatararum, teneantur ad solutionem librarum trium imperialium pro centenario perticarum terrae tam cultiuae quam utilibus consistere, & ad consignationem ueri numeri perticarum sub poenis, & modis de quibus supra. Decernimus etiam quod si aliquorum bona fuerint pro aliquo crimine, etiam laesae Maiestatis, Camerae confiscata, etiam si per agentes camerae apprehensa non fuerint, aut pro parte aut totum restituta, teneantur ad solutionem redditus unius anni ut supra, & haec omnia quibuscunque decretis, statutis, ordinibus, priuilegijs, praescriptionibus, exemptionibusque in contrarium facientibus, non attentis, etiam consuetudinibus quarum initij memoria in contrarium non exitit, etiam si de eis specialis & indiuidua, & de uerbo ad uerbum faciendae esset mentio, quibus in hac parte de plenitudine potestatis nobis concessae & attributae, ex certa scientia derogamus, & derogatum esse uolumus, mandantes Illust. Reuerendiss. & spectabilibus D. Praesidi & Senatoribus Caesar. Senatus Mediolani, praefectis reddituum Camerae, Gubernatoribus, Praetoribus, & Refferendarijs ciuitatum, & caeteris officialibus, & subditis domini Mediolani mediatis & immediatis, & praesertim his quibus executio praesentis decreti demadata est, & ad hoc onus deputati sunt, ut decretum ipsum obseruent, & ab alijs obseruari faciant per omnia efficaciora et promptiora iuris remedia, etiam per multas & poenas Camerae Caes. applicanda, ac etiam per detentionem personalem, & prout eisdem melius uidebitur, quia sic nobis placet, & fieri uolumus, declaramus nihilominus nullum iuribus Camerae Caes. fieri prauiudicium per huius praesentis decreti publicationem, & Annatae solutionem, quinimo, tam fisci quam priuatorum omnium iura in suo robore permanere decernimus, harum testimonio literarum, quas fieri & registrari iussimus, nostrique sigilli impressione muniri. Mediolani ultimo Decembris. M. D. XLI.

DE ANNATA.

Et in no-  
uis si fa-  
cta est  
deterio-  
ratio in  
redditu,  
habita  
est eius  
deterio-  
rationis  
ratio.  
Sublatu.

bernatoribus, Praetoribus, & Refferendarijs ciuitatum, & caeteris officialibus, & subditis domini Mediolani mediatis & immediatis, & praesertim his quibus executio praesentis decreti demadata est, & ad hoc onus deputati sunt, ut decretum ipsum obseruent, & ab alijs obseruari faciant per omnia efficaciora et promptiora iuris remedia, etiam per multas & poenas Camerae Caes. applicanda, ac etiam per detentionem personalem, & prout eisdem melius uidebitur, quia sic nobis placet, & fieri uolumus, declaramus nihilominus nullum iuribus Camerae Caes. fieri prauiudicium per huius praesentis decreti publicationem, & Annatae solutionem, quinimo, tam fisci quam priuatorum omnium iura in suo robore permanere decernimus, harum testimonio literarum, quas fieri & registrari iussimus, nostrique sigilli impressione muniri. Mediolani ultimo Decembris. M. D. XLI.

EIVSDEM ALPHONSI DECLARATIO

D. VICARIO PROVISIONVM.

Quum in Decreto per nos nuper condito, super Annatae solutione, inter alia statutum fuerit, etiam eos teneri ad praedictam solutionem, quorum bona fuerint pro aliquo crimine, etiam laesae Maiestatis confiscata, etiam si per Agentes Camerae apprehensa non fuerint, aut in parte aut in totum restituta, quod & in similibus decretis alijs conditis statuerit temporibus extiterunt, quibus bona restituta fuerunt, & nos memoriam huius nominis extinguere multum cupiamus: Posteaquam omnes in Caesaris supremi Domini nostri, immediatam ditionem uenerunt, tenore praesentium edicimus & declaramus mentis nostrae non fuisse nec esse, aliquem quouismodo ad solutionem Annatae teneri, pro bonis ex causa rebellionis uel laesae Maiestatis confiscatis, eisdemque restitutis, nisi quatenus alia ex causa tenerentur. uobisque ut hanc mentis nostrae declarationem publicari, & pro Decreto obseruari faciatis mandamus, Mediolani iij. Ianuarij. M. D. XLII.

EIVSDEM ALPHONSI DECLARATIO.

Publicari his diebus fecimus Decretum super solutione Annatae in toto Dominio Mediolanen. cum declaratione mentis nostrae circa bona confiscata pro crimine rebellionis & restituta. Verum cum nobis significatum fuerit quamplurima ex eius interpretatione oriri indies dubia, quae non sine subditorum incommodo, & impensa tolli possunt. Proptereaque nobis supplicatum extiterit, ut quatenus fieri possit his provideamus, ut omnis dubitandi & ij expen-



Vide in  
c. Nulla  
prescri-  
ptio de  
iur. & pri-  
uil. fisci.

expenfarū tollatur occasio, & clarius de mente nostra appareat: His nostris decernimus & declaramus eos qui titulo emptionis, vel dationis insolutum, vel permutationis, aut qui dotis occasione, vel alio titulo oneroso rei correspondēte bona acquisuerūt, non minus ab Annata solutione excludi, & in Decreto non comprehendi, quā qui vera & actuali pretij numeratione interueniente acquisuerint, non etiam teneri intendimus aliquos pro aquis quæ in fundo priuato nascuntur, & iuris priuati remanent, & quia anno superiore, M. D. XL. ex ordine nostro impositio super molendinis, & aliis in ipso ordine contentis exacta fuit, inconueniensq; esset eos qui dictam impositionem exsoluerūt, etiā nunc ad eandem solutionem cogi: Propterea declaramus eos qui annatam pro prædictis dicto anno M. D. XL. soluerunt, amplius non teneri, neq; in præsentis decreto comprehendi, eos verò qui a principibus donationes, immunitates, concessionesuē habuerunt eorumuē hæredes, non autem qui ab eis titulo oneroso acquisuerunt, teneri virtute Decreti decernimus & declaramus, quòd si in aliquos titulo lucratiuo translata fuerunt, possessores teneri, saluis tamen quibuscunq; iuribus eorū cōtra datores suos, si quæ competunt, eos quoq; qui aquas pro vsu molendinorum, pratorum irrigatione, aut ad alium vsu habuerunt, duplici onere grauari volumus, & verba in præscriptionibus & cōsuetudinibus, quarum initii memoria contrarium non existit, in derogationibus apposita, ad terminos iuris & decretorum reducimus: Ad hæc, vt impensis subditorum, quantū fieri possit, occurramus, cū honestam prouisionem Spectab. & Egre. D. Annatæ Præfectis cōstituire decreuimus, vt nullum subditis, onus inferant, omnibus innotescere volumus, eos nihil a quoquam accepturos pro honorario vel salario, siue pro reuisione scripturarum, siue pro quacunq; declaratione, aut ordinatione, quæ per ipsos in causa Annatæ fiet. Mediolani die xxvij. Ianuarij. MD XLII.

CONSTITVTIO DE ABOLITIONE CRIMINVM  
ILLVSTRISS. ET ECC. ALPHONSI DAVALI MARCH. VASTI  
CAROLI V. ROM. IMP. INVICT. CAP. GEN. ET IN  
STATV MEDIOLANI LOCVM TENENTIS.  
Cum Annotationibus Francisci Crassi.  
M. D. XLIIII. DIE XIII. OCTOBRIS.

SI VNQVAM antehac a publica quam pœnam incidissent, aut  
latitia causa, cum illis qui in ali- propter æs alienū carceribus  
reclusi

DE ABOL CRIM.

reclusi detinerentur mitius agē dum fuit, si gratia aut liberalitate aliqua hi complectendi, condonandiue fuerunt, id hoc maxime tempore faciendum est quo diuino numine aflat, Casarea Maiestas & Cristianissimus Francorum Rex iam tot bellis & prælijs confectis, quibus vniuersa Respublica Christiana innumeris cladibus affecta est, firma, stabili, & perpetua pace inter se pro cōmuni omnium quiete & securitate fœdera sanxerūt, ea res cum ab omnibus Christiani nominis cultoribus diu desiderata fuerit, & ingētibus votis expetita, ac iam tandem summi Dei benignitate assequuta, non immeritò videtur exposcere, vt in signum tam læti, & fœlicis nūtij etiam erga eos, qui in pœnam prolapsi, aut ob æs alienum carcere inclusi sunt, clementia, & mansuetudine uti debeamus, quo & ipsi participes fiant huius maximi, & exoptati gaudij, harum igitur serie, Imperiali qua fungimur auctoritate, ex voto etiam Excellentiss. Casarei Senatus, cum quo eiusmodi res participata est, decernimus, statuimus, & volumus subditos omnes & singulos huius Dominiij Mediatos & immediatos, de insultu, percussionibus, vulneribus, etiā animo deliberato illatis, vbi mors sequuta non sit, de homicidio, casu vel in rixa, commisso, rece-

SI VNQVAM, Hæc cōstitutio facta est ob publicam lætitiā pacis inite in

ter sacratis. Carolum Quintum Romanorū Imperatorē Inuictissimū et potentiss. Franciscū Francorū Regē, & cōfectæ die sextadecima mensis Septembris anni præsentis, M. D. XLIIII. per Mādatarios eorū Principū in Gallia in loco Abbatie S. Ioannis de Vineis sito in agro Suesionū finitimo Remis, loco propinquo ambobus exercitibus, per quā pacē funestissimo bello, quo totus Christianus Orbis ardebat, fuit finis ipositus, certè dono Dei Op. Max. q̄ post tot funesta prælia animos horū serenissimorū Principū ad pacē, & amicitia induxerit, quā Deus pro beneficio Christianæ Reipub. conseruet.

a PVBLCÆ lætitiæ, Quæ ueniant appellatione publicæ lætitiæ est tex. in l. unica. C. de pub. læt. cōsu. lib. xij. ubi inter cætera connumeratur pax, quæ affert lætitiā pub. subditis ob cessationū malorū, et qui uoluerit uidere qui sint effectus pacis, & multa cumulat, uideat Lucam de penna in d. l. unica cuius dicta non transcribo, & Doc. maxime Math. de Afflic. in titu. de pace iuram. firm. in usibus feud.

b SVBDITOS immediatos & immediatos, Hoc dictum fuit ut etiam comprehenderentur subditi pheudatariorum, & seruauit semper curia ut comprehendantur etiam subditi exemptorum sub eo uocabulo mediatorū, quia & ipsi per omnia æquati sunt pheudatarijs c. interdictum, de pheudis.

c HOMICIDIO casu vel rixa cōmissio, Hæc dicta sunt ad exclusionem homicidij animo deliberato cōmissi, quomodo autem homicidium casu commissum dicatur, plura exempla, ponunt glo. & Doct. in l. i. C. de sic. et Ang. de Arer. in trac. malef. in glo. in uer. scien. ter & dolosè, & Mar. Socy. in c. Ad aa iij au



CONSTITVTIO

ptione bannitorum, robaria sro-  
fatione falis, aut bladorum, &  
de alijs quibuscunq; criminibus  
e dummodo non sint officiales,  
qui in suo officio delinquerint,  
siue damnatos, siue bannitos tan-  
tum, & siue adhuc eorum pro-  
cessus pendeant, siue adhuc non  
sint accusati vel delati, etiam si  
audientiam de homic. per totū, & ca-  
sus cōsideratur dupliciter, quia aut est  
casus fortuitus, aut improuisus, casus  
fortuitus est quando non præcedit ali-  
qua causa depēdēs ab eo cui casus uult  
imputari, casus autē improuisus est ubi  
culpa præcedit, ita no. Bal. per glo. ibi  
in d. l. i. & bonū est hoc scire, quia ca-  
sus fortuitus nō punitur, improuisus au-  
tem punitur pro modo culpæ, nō insto  
quia nō est materia nostra, sed redeun-  
do ad casum cōstitutionis, quia fuit he-  
statū quādo nō apparet ex inquisitio-  
nis lectura de animo deliberato, quia  
nō fuit formata cū expressione quali-  
tatis animi deliberati, An cōdemnatus  
habēs pacē in hoc dubio comprehenda-  
tur in hac cōstitutione, quod non com-  
prehēdatur etiā si nō sit expressa qua-  
litas si tamē ex natura facti colligatur  
animus deliberatus facit, quia ratio et  
mēs legis illa est ut tantūmodo homici-  
diū casu uel in rixa cōmissū cōprehen-  
datur; Ista igitur qualitas necessariō  
requiritur ad hoc ut quis sit cōprehen-  
sus & cū nō cōstet in processu de ista  
qualitate, nec mēs nec uerba cōueniūt  
p aut sit necessaria qualitas patet per  
expressiōē eiusdem ibi casu uel in ri-  
xa, & ibi exceptis homicidijs animo  
deliberato patris, & quotienscunq;  
qualitas est necessaria ad actum, pro-  
ut ista, quæ est de forma quæ dat esse  
rei, ea non probata cætera corruūt, est  
decisio Bal. in consi. 181. incip. Iuri pu-  
blico in quarta parte consi. & latē in  
terminis nostris tradit solēnis Doctor  
Alber. Brunus in tract. suo de solemn-  
tate & forma fo. xij. uer. Itē solemn-  
tatū aliæ sūt cōmunes, nec obstat quōd  
in pœnalibus mitior fieri debeat inter-  
pretatio l. si de interpretatione. ff. de  
pœ. & reg. in pœnalibus de re. iur. in  
ui. quia hic nō agitur de pœna imponē-  
da, sed de cōdemnatione pœnali abro-  
ganda, quæ quō ad declarationem pœ-  
næ iam sortita est effectū, in cōtrarium  
facit quōd in dubio ubi nō apparet ex  
inquisitione nec cōdemnatione quōd  
quis sit inquisitus uel cōdemnatus de  
animo deliberato, quod dicere debe-  
mus et præsuponere homicidiū esse ca-  
suale, nā si ex processu cōstaret de qua-  
litate animi deliberati utiq; formata  
fuiſſet inquisitio de animo deliberato,  
quæ ubi formata nō sit resultat præſū-  
ptio in contrarium, facit etiam quia in  
dubio in foro contentioso præsumptio  
est semper pro illo qui imputatur de  
delicto, & delictum præsumitur semper  
magis leue quā graue, ut decidit Mar.  
Socy. in d. c. ad audientiam in 2. col. de  
homic. dum distinguit de foro conten-  
tioso ad forum peccati & conscientiæ.  
Item priuilegium semper latē inter-  
pretandum est, nec contraria obstant,  
quia satis est, quōd ex processu nō cō-  
stet plenē de qualitate animi delibera-  
ti, & id arguit ipsa inquisitio quæ non  
est formata cum illa qualitate, respon-  
debant fiscales, quōd quando erant in-  
dicia animi deliberati, licet non esset  
probata qualitas sufficiēter, tamē non  
solere principē facere gratiam imputa-  
tis & inquisitis cum narratione facti,  
qui modus inuentus est nouissime per  
istos

*casus fortuitus, et  
improuisus*

*casus fortuitus nō  
punitur, improuisus  
uero punitur pro  
modo culpæ*

DE ABOL CRIM.

istos Iudices criminales, casus igitur  
cū exēplaris esset, uisus est dignus cu-  
riæ cōsulere Excell. Sanatum qui con-  
sultus censuit, ubi sint inditia qualita-  
tis animi deliberati per cōdemnatū in  
fortijs Iudicis constitutum, purganda  
esse, dehinc omnia Senatui referenda:  
Erit igitur practica, quōd cōdemnatus  
cum narratione facti, ubi elliciantur in-  
dicia animi deliberati, producta remis-  
sione partis, se in fortijs Iudicis consti-  
tuat, & duo erunt modi purgandi in-  
dicia, unus per probationes, alter per  
tormenta, probationes autem fieri non  
possunt, nisi habita copia inditiorum,  
& nota quōd Iudices ædere inditia te-  
nentur, etiam quōd non sit publicatus  
processus, quia obtinui & seruat curia  
in causis in quibus admittitur cōdem-  
natus ad nouas defensiones quōd dan-  
tur indicia, ubi est eadem ratio per om-  
nia prout in casu isto. Tormenta autē  
arbitraria sunt Iudici, secundum qua-  
litem inditiorum, tamen, laudo quōd  
probationes fiant de qualitate uitæ cō-  
stituti, & occisi, & per homines pro-  
bos, hæ enim multum mouent iudicem  
& plus Senatū in actu relationis, ma-  
ximē in casibus in quibus plenē nō cō-  
stat de qualitate animi deliberati, sed  
quæro nunc quid si inquisitio formata  
est de animo deliberato, & inquisitus  
cōdemnatus fuerit de animo delibera-  
to, cū nō comprehendatur in ista con-  
stitutione si cōdemnatus uellet se con-  
stituere, & probare nō subesse animum  
deliberatum nunquid admitti deberet,  
casus nunquam contigit, sed ego dice-  
rem admittendum, & ratio est, nam ui-  
demus quōd etiam cōdemnatis de ani-  
mo deliberato fiunt gratiæ per Princi-  
pem, si exprimitur probatum in cau-  
sa approbationis gratiæ qualitatē ani-  
mi deliberati non subesse, & id uidea-  
tur uerisimile cū narratione facti in in-  
quisitione expressi. nam nulla diuersi-  
tatis ratio assignari potest, in gratia  
speciali, quā generali. Casus ut dixi nū-  
quā contigit, sed si cōtingeret putarē  
dicere Principem & Senatū facere id  
quod in specialibus gratijs facere so-  
let, scilicet admittere cōdemnatū ad pro-  
bandū qualitates animi deliberati non  
subesse, & sic ad nouas defensiones cō-  
tra qualitates animi deliberati.  
d Et de alijs quibuscunq; criminib.  
Sub isto uerbo cōprehēditur etiā crimi-  
nē falsi, et ita seruaui et seruat curia.  
e DVMMODO non sint officiales.  
Litera uidetur clara, sed dubium est,  
nunquid ista exceptio comprehendat  
Notarios damnatos uel delatos de fal-  
so, cū officium publ. exercere dicantur,  
quōd sint Notarij in casu istius ex-  
ceptionis facit, quia tabellionatus est  
officium, & id probatur per text. in l.  
uniuersos. C. decurio. lib. x. ubi Impe-  
ra. dicit uniuersos decuriones uolumus  
à tabellionum officijs temperare, & in  
S. cum autem insti. de adopt. appellat  
personā publicā, facit glo. in l. fin. C.  
qui militare non poss. lib. xij. & quōd  
scribit Bart. in l. eadem. ff. ad l. iul. re-  
pet. ubi appellat munus tabellionatus,  
munus autem sonat in officiū ut est gl.  
insti. de excusa. tut. in uer. munerum  
& tanto magis quia ad id munus cre-  
antur ab Imperatore, uel Pōtifice, aut  
habentibus authoritatē ab eis, ut sunt  
isti d. Co. Palatini, est plus quōd in sta-  
tutis collegij Notariorum Mediolani,  
& aliarū ciuitatū ubiq; legitur No-  
tariatus officium, cū ergo Notarij offi-  
ciales dicantur uidetur esse exceptuati  
aa iiij



CONSTITVTIO

crimen occultum sit liberari & absolui, ipso iure & facto, pro ut & nos prædicta auctoritate ipsos liberamus & absoluiamus, tam à pœna corporali quàm à quacunq; alia, quæ camera, Cæs. aut pœudatariorum, aut cõmunitalis alicuius spectaret, & si carceribus mancipati essent eos illico liberari & relaxari volumus, dummodo pœna realis exacta, composita, aut bona ipsa descripta, seu actualiter apprehensa non fuerint, & hoc tamen

in uerbis constitutionis, in contrarium tamen facit, quia Notarij nostri nullam habent iurisdictionem nec imperiũ ut scribit Bal. in l. adoptio. C. de adop. per illum tex. licet aliqui uoluerint tenere, quod habeant iurisdictionem, quia faciunt præcepta guarintigie, & sic iurisdictionem uoluntariam inter quos fuit Inno. in c. cum à nobis de test. tamen illa opinio non est recepta, nisi in his qui à principe uel à Rege, cum sũt Notarij creantur iudices ordinarij, ut Bald. scribit in d. l. adoptio, quod non fit nec seruat in Notarijs huius domini, item hæc opinio ex alio confirmatur, quia in his constitutionibus attendi debet communis usus loquendi, qui etiam præfertur proprio significati uocabuli. ut scribunt Do. Anto. Abb. et Fely. in probe. Greg. per l. labeo. ff. de supel. leg. Bart. & alij. in l. omnes populi in materia declaratiua. ff. de iust. & iur. Alex. in consi. 43. in 6. col. in 1. uol. Clarũ est autẽ quod in ducatu Mediolani Notarij non appellantur officiales, nec ueniunt appellatione officialium, & tenendo istam

opinionem limitarent non procedere in Notarijs Magistratum, qui à Principe deputantur & habent salaria, quia hi officiales sunt & per communem usum loquendi appellatione officialium, ueniunt, Curia tamen consulto Senatu seruat, quod Notarij qui delinquerunt in munere notariatus non comprehendantur in hac constitutione, & abolitione, motus est Senatus quia his Notarijs omnes facultates nostræ comittuntur, & magna est eorum fides, & hoc ad deterrendum ne habeant spem uenie, qui delinquant, & certè laudum factum, licet de iure tenerem magis secundam opinionem quàm primam esse ueriores.

f Etiam si crimen occultum sit, Bonum est scire quod dicatur crimen occultum, non tantum ad declarationem istius constitutionis, sed etiam. c. omniũ §. finali ibi & hoc quando crimen occultum esset de iur. & priui. fisci. Abb. de Ros. in dictionar. suo in uer. occultũ uidetur diffinire quod est illud quod nulla ratione probari possit, tamen inferius multa distinguit, quæ potius cõtentiosæ, sed in terminis nostris quid sit crimen occultum, est tex. in l. ij. §. et generaliter. ff. ui. bon. rapt. & ibi d. Alex. in addi. ad Bart. in litera c. qui multa allegat, apud me in materia nostra occultum dicitur crimen quod est clam factum, & delatum non est, nec in cognitionem Iudicis deuẽtum. istud probatur in d. §. & generaliter, Erit ergo intellectus, quod si crimen non sit manifestum, uel notorium, & non delatum quod dicatur occultum in casu utriusq; constitutionis, & id colligitur ex dictis Alb. in loco præallega. & Spec.

DE ABOL. CRIM.

h Remissionem & pacem ab offensis habeant in casibus, in quibus necessaria est remissio, seu intra duos menses, a die publica rationis huius nostri. Decreti numerandos, illa habuerint, & eam intra dictum tempus præsentauerint officialibus quibus spectat & spectabit, quæ omnia locum habere intendimus in his tantum, quæ facta sunt: aut comissa ab hodierna die retro, reseruatim dumtaxat in præmissis criminibus sacrilegii, hæresis, fabricationis falsæ monetæ, homicidii animo deliberato patris, qui ad offensam in causa talium homicidiorum animi deliberati, & aliorum

io. li. x. quæ omnia per te uidere potes utilia ad practicam. d. §. & in ista cõstitutione, planus est sensus per uer. infra adhuc non delatis, et forsã incognita. g Ipso iure & facto, Curia seruat licet non faciat declarationem solemnẽ quod ad damnatos, nisi in casu dubio de quo supra, tamen decernit Iudex literas ad locum ubi descriptus est in albo condemnatus, & in earum literarum executione deletur de albo, & hoc est necesse facere, quia et si esset præsentata in tempore remissio, & esset in casu, at tamen si reperiretur condemnatus in albo descriptus esset in periculo, & si offenderetur credo quod posset defendi occisor, uel offendens de iure, & aliàs fuit hoc in controuersia & decisum: cauti ergo sint hi qui sunt in casu istius nouellæ constitutionis, ut literas hæc obtineant, quæ uim declarationis obtinent, & eos a periculo uitæ eximunt.

h Remissionem & pacem ab offen-

sis habeant, Nota quod licet per delictum offendatur Respub. cuius interest crimina punire. l. si ita uulneratus ad fin. ff. ad. l. aquili. principaliter tamẽ in de offenditur læsus, & eius principaliter interest. l. si quodam. C. de adul. & l. sepulchri. ff. de sepul. uol. cum similibus, & propterea hæc lex primo requirit partis offense remissionem & pacem ex quo collige quod nõ tantum pax requiritur, sed remissio offense, unde dicebat Math. de Afflic. in c. 1. glo. 1. de pa. iur. fir. quod cauti debent esse ad uocati ut faciant ponere in instrumento pacis, quod non tantum faciunt pacem, sed etiã remittunt offensam et promittunt de nõ accusando, nec querelam facere iudicio, & addit remittendo etiã damna & interesse, quæ clausula est maxime utilitatis ut infra dicã, et ego hanc clausulam nõ ponebam, sed postquam uidi dictã decisionem semper apponere feci, & bona est practica quam seruamus, quod supplicantes remittentes principi ut faciat gratiam, & iudicibus ut deleant processum & condemnationem, & amplius non procedant, quæ sunt clausula amplissima et mentis tenendæ, et per illud uer. offensis tollitur difficultas de qua disputat Bart. in l. 4. §. Cato. in fin. ff. de uer. obli. sci licet quod nõ sufficit quod fiat a maiori parte hæredũ pax, sed ab omnibus hæredibus, quia in quæst. Bar. statutum loquebatur in herede & in persona singulari, quæ opinio iudicata est tutior per d. las. in d. §. Cato, & ita seruat curia, quod ab omnibus hæredibus necessaria est. bene est etiã uerũ quod in statuto herede extra existẽ. liberis uel non existen. herede seruatur opi. Bar. in l. si filius. §. qui pri. ff. de ulg. et pub. refer.



CONSTITVTIO

referuatorum ut supra, testimonium deposuerint, vel deponi mandauerint, quæ in huiusmodi gratia & liberalitate compræhendi non intendimus, referuata tamen nobis facultate providendi super homicidijs, etiã animo deliberato, iam decenio elapso cõmissis, prout qualitati casuũ & personarum nobis conuenire uidebimur, mandamus itaq; omnibus & singulis iudicibus, officialibus, & Notarijs huius dominiij, mediatis & immediatis, qbus spectat & spectabit, ut omnes & quoscunq; processus banna, scripturas, acta, & cõdemnationes, & quæcunq; alia, quæ facta reperiuntur in his causis, quarum mentionem supra fecimus, gratis & absq; aliqua prorsus solurione deleant, & penitus annullent, prout & nos per præsentem iam dicta imperiali auctoritate delemus, & penitus annullamus, & eorum reorum nomi-

quod sufficit obtinere remissionem a filijs, etiam quod non sint nec uelint esse heredes, ascendentes, quæ uerò ætas sufficiat ad pacem faciendã disputat, Math. de Afflic. in d. c. 1. in glo. i. in ij. col. ubi concludit quod de iure Romano ætas legitima est decem octo annorũ ad faciendam pacem, & quod ita est etiam de iure lombar do, & seruatur in Regno, sed hæc opinio apud nos non est recepta Mediolani ob dispositione statuti, quod ætas legitima sit uiginti annorum, quod ad contractus, decem octo annorum in iudicijs, ubi autem non esset statutum de ætate, sed ef-

set in dispositione iuris communis, ego non recederem ab opinione glo. ibi rationibus per Afflic. adductis quas non transcribo. Vt uero quædam si minor faciat pacem & remissionem an possit petere restitutionem in integrum, istam quæst. disputauit Lucas de pen. in l. unica. C. pub. letit. l. libr. x. ubi decidit quod si petatur per minorem restitutio in integrum in uindictam, & necem alterius semper denegatur ut ff. de minor. l. auxiliũ, si uerò petatur aduersus dãm uel interesse, tunc nõ denegatur p. not. in d. l. Auxiliũ in princ. et per tex. in l. si. in §. ult. C. de bonis uacan. Et istud idẽ non facta mentione dictæ decisionis tenet Afflic. in d. c. 1. §. iniuria puniuntur col. x. Et propterea supra dixi quod bona erat cautella ponere q remittat etiã quò ad dãm et interesse, quæ fuit Andr. de Iser. in d. c. 1. sed tutior est quæ ego ad tollendas has difficultates semper praticauim, quod remissiones minorũ fiant cũ dispensatione literarum Senatus tollentes omnes difficultates, etiã beneficij restitutiõis in integrum cũ cõsensu agnatorũ proximorũ. In casibus in quibus est necessaria remissio, Hoc dictũ quia plura sunt delicta quæ tantum tempore concernunt & non interesse partis, ut in sfrosatione bladorum & similibus. k Fabricatiõis falsæ monetæ, fuit hoc expressum ad inclusionem aliorũ delictorũ quæ circa monetas fiunt, de quibus uide in tit. de offi. iudi. Mon. l. ADHUC nõ delatis & forsã incognitis, Hæc uerba declarant quid sit crimen occultum ut dixi supra, et nota quod est necessaria remissio partis offensæ, & eius presentatio, & ne te-

DE ABOLIT. CRIM.

na de albo cassari faciãt, qn etiã uolumus, & ita expressẽ iniungimus omnibus & singulis Magistratibus, iudicibus & officialibus huius dominiij, mediatis & immediatis, ac presẽtib; & futuris, quod p. criminibus & delictis adhuc nõ delatis & forsã incognitis, seruatis & adimpletis præmissis, a prædicta die hodierna retro cõmissis in futurũ quoquo modo nõ audeãt inquirere, procedere, nec molestare delinquentes, saluis tamen & exceptis casibus superius expressis & referuatis, ad hæc decernimus oēs & singulos carceratos & detetos ex causa publici, seu priuati debiti, modò nõ sit ex causa datiorũ, seu reddituũ ordinariorũ, relaxari, quos oēs & alios debitores ex causa priuata, personaliter molestari intra trimestre proximũ nolimus, cũ autẽ nimis gratiose agere posse hoc tẽpore nobis nõ uidemur, statuimus etiã & iubemus oēs & quascũq; multas, siue cõdemnationes pecuniarias camere Cesar. quacũq; ex causa in hæc usq; diẽ factas, & applicatas, nullas esse, neq; exigi quouis modo posse, m saluo tamen semper iure tertij, & quoniã ad reprimendã delinquentiũ temeritatẽ & pteruiriã, pro subditorũ quiete, in proximis bellorũ turbulentijs, necessesse fuit nõnullas proclamationes & ordines facere, pœnas extraordinarias delinquentibus imponẽtes, & in presẽtia, pace iam cõstituta, operepretiũ uidetur minus seuerẽ agere, decernimus & statuimus, omnes eiusmodi p. cla-

mationes & ordines aboleri debere, put nos p. præsetes iam dicta Imperiali auctoritate abolemus, præter o. ordines aduersus primò euaginantes, deferentes scilicet op. a rota, & i. re sfrosationũ

in hoc negotio inuoluas ad eundo iudicẽ & cõfite do delictũ do tibi pratica ut ab heredibus offensi pace Notario stipulãti nomine cuiuslibet personæ in forma de delicto obtineas, de hinc pacem præsentem nomine cuiuslibet personæ cuius interest, ita quod si res detegeretur remedium habes q. procedi non potest, & hæc tutior uia est, quia sunt quandoq; Iudices adeo maligni qui cum uident hominẽ opulentum delatum, nimis crudeliter inquirent circa qualitates delictorũ, & gratias mille modis reuocant in dubiũ, non dico de Iudicibus præsentibus, sed tẽpore meo pluries factũ, hic successiue quero, aliquis reperitur in albo bannitorum cõdemnatus de homicidio, processus non reperitur, quia res est de antiquo, uel ob ista mala tẽpora fuit dispersus uel combustus, an si præsetet pacẽ debeat deleri de albo, ista quæstio fuit superioribus annis, et tãdẽ decisa quod deleri debet, quia presumitur homicidiũ casuale, et ob hæc causã tũc factus est ordo q. quãdo describuntur banni in albo de scribatur cũ delicto, et qual. delicti. m SALVO tamen semper iure tertij, Hæc clausula se cõformat dispositiõi iuris communis, quia ex eo quod delinquens ad compositionem cum fisco, uel ad gratiam admittitur a Principe, nõ propterea tollitur ius partis cõtra delinquentẽ ar. glo. in. l. ne quicquam ff. pro soc. & facit glo. in. l. uenia. C. de in us uoc. & uide not. per Lucam de pen.



CONSTITVTIO

bladorū aditos, quos pro totius status quiete & subditorū cōmodo & securitate, ac durāte presēti penuria, firmos manere decernimus, ceterū quia, & extra casus in generalibus constitutionibus cōprehēsos, de prouocationibus quādoq; euenit, ut attentā loci, personarū, ac casuū qualitate, seuerius procedendū sit, quā iure ordinario prouisū est, volumus & declaramus quōd quādoq; in huiusmodi casibus iudicentibus visum fuerit acrius animaduertendum, aut animosius procedendum rem ad Excell. Senatū deferant, qui p̄ facti qualitate quid faciendum sit statuet.

pen. in l. 1. C. de desert. libr. x. & nota quōd istud est multum utile, quando si scus cōpositionem facit cum delinquente sine remissione partis in istis p̄nīs extraordinarijs, quōd tamen rarissimē factum uidi, & nota quōd ista clausula, saluo iure tertij, respicit tantum priuatas personas, non autem officiales quibus pars p̄nā applicaretur, quia etiam, quō ad eos, abolita est p̄na, & ita seruat curia.

OMNES eiusmodi proclamationes & ordines aboleri debere. Sanctissima fuit hęc lex quę aboleuit istas proclamationes factas tēpore tumultuoso, & ad bonū publicū, sed male interpretatas per aliquos Iudices criminales, qui pro unoquoq; uerbo il-

laqueabant pauperes subditos, & grauisimis impensis afficiebant, ita quōd uigebat illud poetę dictum. Digito cōpescere labellū, sin minus carcer paratus erit, benedictus Deus qui Illust. & Excellen. Principis animum ad tam sanctam abolitionem faciendam mouit.

